

Platonis  
opera  
omnia  
VI.  
II.



No 389.



82 V

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VI SECT. II.

CONTINENS

MENONEM EUTHYPHRONEM THEAGEM  
ERASTAS HIPPARCHUM.

EDITIO II.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXV.

IV 58

PLATONIS

MENO ET EUTHYPHRO.

INCERTI SCRIPTORIS

THEAGES ERASTAE HIPPARCHUS.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

AD. RICHARDUS FRITZSCHE

GYMNASII REGII CHEMNITIENSIS COLLEGA.



Ca 31  
1931

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXV.



MARTINO WOHLRAB

HUIUS OPERAE

SUASORI ET ADIUTORI BENEVOLENTISSIMO

GRATI ANIMI ERGO.



## Praefatio.

---

Post Godofredi Stallbaumii editionem anno 1836 editam quantum curae collatum est in describenda Platonicae philosophiae initia et progressionem, in singulorum dialogorum consilium et ordinem definiendum, in librorum scriptorum auctoritatem perpendendam necessitudinesque explicandas, in Platonis sermonem instaurandum et illustrandum, id ad expoliendos illustrandosque hos quinque dialogos maiori erat fructui, quam ut munus et orationis denuo constituendae et prolegomena annotationesque ab integro conscribendi detrectare possem, qui hoc negotium suscepissem, ut colligerem quantum lucis post Stallbaumii editionem in hos dialogos redundasset. Quo quoniam factum est, ut hanc editionem Stallbaumii dicere non liceret, cavendum autem erat ne ea, quae Stallbaumio deberentur, eius auctoritate privarem, hanc institui rationem, ut in annotationibus quae ab illo aliisque annotata afferrem, appositis auctorum nominibus distinguerem; quae in reliquis Platonis libris a Stallbaumio aliisque animadversa ad hos dialogos illustrandos usui essent, ita laudarem, ut sua cuique tuerer; in prolegomenis, quo quisque loco sententiam probatam primus protulisset, accurate significarem. Disputatur autem in prolegomenis de dialogorum argumentis et dispositionibus, de consilio auctoritate tempore, de occasione personis inscriptionibus, ratione quam minime diversa ab ea, quam Martinus Wohlrab in praefatione apologiae explicavit et commendavit; deinde in librorum scriptorum cognationes inquiritur ea ratione, qua Martinus Wohlrab primus in Theaeteti editione familias Platonicorum librorum distinxit et, ne de eorum cognationibus infirmum fieret iudicium, singulorum dialogorum varietatem



diligenter et considerate examinandam esse docuit. In commemoranda varietate librorum hoc spectatur, ut appareat et qua auctoritate oratio Platonis, quam haec editio exhibet, confirmetur et ex quo fontium genere diversitas scripturae Stephanianae et recentiorum editionum manaverit omnibus locis, quibus haec editio cum illis discrepat. Coniecturas ab editoribus post Bekkerum receptas enotavi ceterarumque delectum, ut historiae emendationis Platonicae brevi conspectu salus Platonici sermonis modo restituta modo periclitans illustraretur. Quamquam non eo progressus sum, ut si qua opera in castiganda Platonis consuetudine male sedulo consumpta esset, nusquam eam neglegerem, aut ex iis, quae subtilissimis Martini Schanzii curis ex libro Bodleiano correctae sunt adia phora multa, inutilem lectionum farraginem conflarem. Nam satis est semel monuisse, quae in crasi et elisione et litteris finalibus nulla addita auctoritate mutata sint, ea Bodleiano libro a Martino Schanzio diligentissime collato deberi.

Gratiam amplissimam refero Martino Wohlrab, qui hanc operam ut susciperem suaserit, susceptae censuram ut experirer dubitantem me confirmaverit, consilio et opibus magnifice et benevole me adiuverit.

Scrib. Chemnitii mense Nov. 1884.

R. Fritzsche.

## PROLEGOMENA

AD

## MENONEM.

- Schleiermacher, F., Platons Werke. II. T. I. Bd. 3. Aufl. Berlin 1856. p. 223—232.
- Ast, F., Platons Leben und Schriften. Leipzig 1816. p. 394—408.
- Socher, J., Über Platons Schriften. München 1820. p. 170—186.
- Platonis Meno. Prolegomenis et commentariis illustravit G. Stallbaumius. Lipsiae 1827. p. I—LX.
- Arnold, A., Platons Werke, einzeln erklärt und in ihrem Zusammenhange dargestellt. I. Heft. Berlin 1835. p. 150—184.
- Platonis opera omnia. Recensuit et commentariis instruxit G. Stallbaum. Vol. VI sect. II. Gothae et Erfordiae 1836. p. 7—22.
- Hermann, K. F., Geschichte und System der Platonischen Philosophie. I. T. Heidelberg 1839. p. 481—487.
- Platons sämtliche Werke, übersetzt von H. Müller, mit Einleitungen begleitet von K. Steinhart. II. Bd. Leipzig 1851. p. 85—124.
- Susemihl, F., Die genetische Entwicklung der Platonischen Philosophie. I. T. Leipzig 1855. p. 65—89.
- Munk, E., Die natürliche Ordnung der Platonischen Schriften. Berlin 1857. p. 358—390.
- Überweg, F., Untersuchungen über die Echtheit und Zeitfolge Platonischer Schriften. Wien 1861. p. 139—140. 225—227.
- Grote, G., Plato, and the other companions of Socrates. vol. II. 2<sup>d</sup> ed. London 1867. p. 1—28.
- Schaarschmidt, C., Die Sammlung der Platonischen Schriften. Bonn 1866. p. 342—372.



## I. Argumentum dialogi.

Tiedemann, D., Dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata. Biponti 1786. p. 124—130.

Hunziker, J., Argumenta dialogorum. (Platonis opera ed. Didot. vol. III. Parisiis 1873.) p. 51—53.

Menoni Thessalo quaerenti, utrum virtus doceri possit, an exercitatione comparetur, an natura vel alio modo hominibus insita sit, Socrates mirans, quod Gorgia duce sapientia et consuetudo intrepide interrogandi ad Thessalos deverterit, non modo num doceri possit nescire se profitetur, sed virtutem ipsam, quid sit, se ignorare. Quod vero quid sit nesciat, quonam pacto quale sit noverit? Neque alium quemquam, qui novisset, sibi obvium fuisse; quare gratum sibi facturum Menonem, si doceat, quid de ea re sibi cum Gorgia convenerit.<sup>1)</sup>

Non gravate Meno respondet virtutem aliam esse viri aliam feminae, aliam adulescentis aliam adulti, liberi aliam atque servi; in unaquaque enim actione atque aetate ad unumquodque opus singulis hominibus virtutem adesse itemque pravitatem. Socrates autem monet non virtutum inter se differentium tamquam examen (*συμνηρος*) quaeri, sed virtutis naturam vel speciem illam in omnibus virtutibus eandem, qua virtutes sint sicut apes sint apes. Etiam speciem sanitatis magnitudinis roboris in omnibus hominibus esse eandem. Quod Meno concedit; sed virtus ei non videtur illis similis. Quare Socrates ostendit omnes homines eodem modo, iustitia et temperantia, bonos esse; quod fieri non posset, si virtus eorum non esset una.<sup>2)</sup>

Si unum in omnibus exigatur, praeesse posse hominibus Meno virtutem esse ponit. Socrates dubitat, num haec pueri quoque et servi sit virtus, dominari posse; praeterea interrogat, nonne dominandum sit cum iustitia? Assentitur Meno, nam etiam iustitiam esse virtutem quandam, non secus ac fortitudinem temperantiam sapientiam

1) 70 A—71 D. 2) 71 E—73 C.

magnificentiam alias. Multas rursus virtutes Socrates monet esse inventas; Meno confitetur se unam nondum posse assequi.<sup>1)</sup>

Quare Socrates, postquam docuit rotundum non esse figuram, sed figuram quandam, itemque albedinem non colorem, sed colorem quandam, quandoquidem aliae quoque et diversae figurae et colores sint, in omnibus autem figuris unum idemque inesse, propter quod figurae nomen iis competat, Menonem invitat, ut exercitationis gratia ad figuram definiendam aggrediatur; rogatus mox ipse figuram esse ponit, quod solum ex omnibus semper colorem comitetur. Quam definitionem nihili esse Meno perspicit, si quis colorem se nosse neget.<sup>2)</sup>

Ex quo Socrates colligit non modo verum esse respondendum, sed etiam iis utendum, quae alter concesserit; hanc esse rationem dialecticam. Quare postquam quid sit terminus, quid solidum cum Menone ei convenit, figuram statuit esse solidi terminum; deinde etiam coloris definitionem quaerenti satisfacit, ex Empedoclea doctrina colorem esse docens figurarum effluvium visui congruens atque sensibile. Quam definitionem ut speciosiore Meno laudat, Socrates minus probat; Menonem autem urget, ut accingatur ad virtutem ad haec exempla definiendam.<sup>3)</sup>

Iam Meno virtutem esse vult appetere pulchra et consequi posse; quod ita se ponere concedit, quasi sint etiam qui mala cupiant et sibi contingere velint. Socrates autem docet mala scientem appetere neminem; nam ab iis, qui opinentur prodesse sibi mala, bona putari et bona exoptari; qui obesse censeant, sibi obtingere nolle, nam miserum esse cupere neminem. Quare relinqui ut virtus sit bona comparandi potestas. Assentitur Meno, et simul bona esse statuit sanitatem divitias honores similia. Mox autem Socrate docente intellegit, ut divitias comparare virtus sit, tamen comparandas esse non sine virtutis aliqua parte, velut iustitia temperantia sanctitate; ubi iuste comparari non possint, etiam non comparare (*τὸ μὴ ἐμπορίζειν*) esse virtutem. Ex quo effici virtutem esse, cum parte aliqua virtutis agere quidquid agatur. Si vero ad singulas virtutis partes quaestio revolvatur, opus esse definito quid sit tota virtus. Quare quaestionem ab integro esse iterandam.<sup>4)</sup>

Meno consilii inopiam queritur. Socratem torpedinis marinae instar torporem animi efficere; sescenties enim de virtute locutum et gloriatum se nescire quid sit virtus.

1) 73 C—74 B. 2) 74 B—75 C. 3) 75 C—77 B. 4) 77 B—79 E.



Socrates non expeditum se alios impedire affirmat, sed ipsum inopem reddere inopes. Quare una cum illo virtutem se investigaturum.<sup>1)</sup>

Meno autem eristica argumentatione usus Quomodo, inquit, quaeres id, quod nescire te affirmas? Nam quod quis novit, non quaerit; quod ignorat, quaerere nequit, cum quid quaerat nesciat. Socrates contra sacerdotes et divinos poetas laudat, qui doceant animos esse immortales et tum decedere, tum iterum nasci, interire vero nunquam. Ita animum ultro citroque migrantem vidisse et didicisse omnia; quare non mirum, cum tota natura cognata sit, quod animus omnia reminisci possit. Nam quaerere et discere esse reminisci. Neque igitur esse languendum.<sup>2)</sup>

Reminiscendo vero disci Socrates rogatus monstrat accessito servulo Menonis bonarum artium plane rudi, qui postquam perspexit quadratum latere bipedali esse pedum quattuor, quadrati dupli latus esse duplum sumit. Ita putare illum apparet se scire, quod nescit. Mox autem explorato non duplum, sed quadruplum spatium latere duplo effeci, ad tripedale latus refugit; postremo intelligens ne ita quidem spatium octo pedum oriri, nescire se confitetur.<sup>3)</sup>

Iam melius se habere servulum in dubitationem compulsum et torpore affectum Socrates ostendit; nam quae antea non perquisiturus fuerit nosse se arbitratus, iam ignorantiae conscius operam daturum ut inveniat. Prodesse igitur illum torporem.<sup>4)</sup>

Ad quaerendum denuo aggressus puer Socrate apte interrogante intellegit, quadrata quattuor latere bipedali lineis diagonalibus ita posse secari, ut efficiatur quadratum altero tanto maius quam singula illa.<sup>5)</sup>

Puerum nunquam non ex sua ipsius opinione respondisse Meno concedit; ex quo apparet eum, qui ignoret aliquid, de hoc ipso veras opiniones animo tenere, quae interrogando suscitari possint; quas si recuperet, reminiscendo discere. Quas si semper habuit, semper sciens fuit; sin aliquando accepit, non in hac vita adeptus est, siquidem puerum nemo docuit. Per omne igitur tempus, et quo est et quo non est homo, animus sciens erit; animus autem semper sciens est immortalis. Quare audacter inquirendum est et recordandum, quo, etiamsi reliqua non stent, meliores existimus et animo arrigimur. Horum fides facta Menoni.<sup>6)</sup>

1) 79 E—80 D. 2) 80 D—81 E. 3) 81 E—84 A. 4) 84 A—C. 5) 84 C—85 B. 6) 85 B—86 C.

Itaque spe redintegrata Socrati videtur ad virtutem indagandam denuo esse accingendum; Meno autem iam consentit iamque mutato consilio deflectit ad quaestionem initio propositam, virtus num doceri possit. Socrates non parere nolens concedit ut exploretur quale sit, quod quid sit nondum convenerit, sed ex condicione more geometrarum, quem exemplo illustrat. Ad quod exemplum Menone consentiente ponit virtutem, si doceri possit, scientiam<sup>1)</sup> esse debere, nam nihil doceri praeter scientiam; si non sit scientia, non posse doceri. Esse autem virtutem bonum. Quare si quid bonum sit seorsum a scientia, virtutem fortasse non esse scientiam; sin aliter, futuram. Omnia autem bona esse utilia. Ex utilibus vero sanitatem roborem formam divitias similia nonnunquam etiam nocere; iuvare enim, si rectus usus iis praesit; si desit, nocere; item utilia reliqua, temperantiam iustitiam fortitudinem docilitatem memoriam magnificentiam cetera, quae animo contineantur, si quid eorum aliud quiddam praeter scientiam esse videatur, esse cum noceant; nam fortitudinem temperantiam docilitatem sine prudentia esse detrimento. Quapropter si omnia animi incepta (*ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα*) per se neque utilia neque noxia sint, sed prudentia tantummodo ducente utilia evadant, etiam virtutem, siquidem in animo consistat et utilis sit, prudentiam<sup>2)</sup> quandam esse. Neque divitiarum aut omnium rerum, quas recti usus indigere convenerit, rectum esse usum nisi animo ducente prudenti. Ex animo igitur pendere humana omnia, et animi quae bona sint e prudentia; quare utile ipsum prudentiam esse. Virtutem igitur, siquidem utile sit, esse prudentiam, aut universam aut partem aliquam, ideoque hominibus non insitam natura; alioqui enim adulescentes natura bonos explorarent et magis quam aurum in arce obsignatos asservarent, ne corrumpere-<sup>3)</sup>

Quodsi homines non natura boni sint, iam quaerendum esse num disciplina. Et Menoni quidem ex iis, quae modo convenerint, consequi videtur, ut virtus doceri possit, siquidem scientia sit; at hoc ipsum ne temere concessum sit Socrates veretur. Necesse enim esse, si quid doceri possit, praeceptores eius discipulosque esse; si non sint, non posse doceri. Sese autem saepenumero quaerentem hominibus huius rei peritissimis adhibitis praeceptores virtutis nunquam indagasse. Quare opportune Anytum modo assedissee, virum a patre divite et

1) ἐπιστήμη. 2) φρόνησις. 3) 86 C—89B.



sapienti bene eruditum et rebus amplissimis publice functum; hunc esse interpellandum.<sup>1)</sup>

Arcessitus igitur Anytus interrogatur, siquidem eos, quos medicos sutores tibicines fieri cupiamus, ad eos mitamus, qui artes illas profiteantur et mercedem iis quaerant, ad quosnam mittendus sit Meno, ut qui eam appetat virtutem, qua homines civitates et domos bene administrant et parentes et cives et hospites colant? An ad sophistas, qui haec mercede docturos se polliceantur? Abominatur Anytus hanc pestem et perniciem discipulorum, et mirante Socrate, quomodo Protagoras tot annos latuerit discipulos corrumpens alique multi, cum qui calceos vel vestimenta resarciant latere non possint deteriora reddentes, insanire affirmat qui illis pecuniam solvant, magis etiam qui discipulos tradant, omnium maxime qui urbe recipiant. Quorum magistrorum consuetudinem nunquam se expertum esse gloriatur.<sup>2)</sup>

Socrates sophistas missos faciens rogat, ut nominatim dicat, quo duce Meno virtutem illam adepturus sit; Anytus autem respondet nomen proferre non opus esse; quemlibet enim optimatum (*τῶν καλῶν κἀγαθῶν*) aptum esse, cuius consuetudine melior evadat. Etiam hos a maioribus virtutem traditam accepisse interrogatus affirmat. Socrates autem num viri excellentes virtutem suam aliis tradere possint dubitat. Themistoclem enim, tam insignem virum, ut virtutis magister si quisquam videri posset, omnibus quae disciplina percipiuntur filium diligenter erudiendum curavisse, de sua autem sapientia ei non impertivisse; itemque Aristidem et Periclem et Thucydidem filios non mala omnino indole, qui quidem leviora prae ceteris calluissent, omni institutione, quae sumptu parari posset, eruditos tamen ad paternam virtutem non conformasse. Haec aegre fert Anytus et Socratem cavere iubet subiratus, ut Socrati videtur, quia se ipsum ex illis esse arbitratur.<sup>3)</sup>

Quare Menonem rursus interrogat Socrates, nonne in Thessalia optimates sint, qui virtutis magistros se exhibeant; ille autem esse dicit qui aiant, esse qui negent eam posse doceri. Magistros vero non esse existimandos inter quos id ipsum non convenerit, Meno concedit. Idem sophistas virtutis magistros esse pro certo non habet, sed admiratur Gorgiam, qui rideat eos qui hoc profiteantur. Etiam Theognidem poetam de virtute docenda ambigere modo dicentem posse doceri, modo negantem allatis verbis Socrates ostendit. Ita virtutis neque praeceptores

1) 89 B—90 B. 2) 90 B—92 C. 3) 92 C—95 A.

neque discipuli usquam inveniuntur; concessum est autem id, cuius nec magistri nec discipuli sint, doceri non posse. Ergo virtus doceri non potest, et Meno in incerto est, utrum tandem ne sint quidem boni viri, an qua ratione existant.<sup>1)</sup>

Manifesto igitur Socrati apparet rem non accurate esse perpensam; vitium autem latuisse cum diceretur solum scientia duce negotia hominibus recte procedere. Larisam enim vel alio quovis non solum qui noverit iter recte esse ducturum, sed etiam qui recte opinetur. Veram ergo opinionem ad recte agendum nihilo minus quam prudentiam valere.<sup>2)</sup>

Meno haesitat. Scientiam multo praestantiorē putari quam veram opinionem. Quod cur ita sit Socrates illustrat imagine a Daedali operibus petita, quae non ligata aufugiant, ligata autem pretii sint magni. Item veras opiniones magni esse donec maneat; diu vero non manere nisi ligatas ratiocinatione a causis ducta, quam esse recordationem antea convenerit. Vinculo igitur differre scientiam a vera opinione.<sup>3)</sup>

Et quidem hoc se recte contendere Socrates persuasum habet, esse aliud quiddam veram opinionem atque scientiam, licet illa non deterior sit nec minus utilis quam haec, nec vir illam tenens quam scientia praeditus. Concessum igitur esse homines utraque bonos atque utiles civitatibus esse; natura autem neutram hominibus esse insitam (quod Meno concedit); doctrina autem virtutem parabilem esse, si prudentia sit, et prudentiam esse, si parabilis sit; ac si praeceptores sint, doceri posse, sin aliter, minime; praeceptores autem non esse; neque igitur doceri posse illam neque prudentiam esse; attamen illam bonum esse; bonum vero et utile esse quod recte ducat; recte autem ducere haec duo sola, siquidem humana sit gubernatio (nam quae forte contingant, non humana gubernatione fieri), veram opinionem et scientiam; scientiam autem reiectam esse; neque igitur ut sapientes civitati praefuisse illos, Themistoclem et reliquos, sed tamquam vates et divinitus furentes, qui multa vera loquantur, quorum nihil intellegant. Vere igitur divinos illos esse censendos, sicut mulieres et Lacones bonos viros divinos nuncupent.<sup>4)</sup>

Divino igitur beneficio sine consilio virtutem adesse quibuscunque adsit, nisi quis forte talis sit vir civilis, ut suam virtutem aliis impertire possit; eum vero inter ho-

1) 95 A—96 D. 2) 96 D—97 C. 3) 97 C—98 A. 4) 98 B—99 E.



mines similem fore Tiresiae inter mortuos sapienti. Ita nunc quidem esse visum; veritatem autem tum comprehensum iri, cum investigatum sit quid virtus sit per se. Nunc vero tempus esse abire.<sup>1)</sup>

## II. Dispositio dialogi.

Eichhoff, K., Logica trium dialogorum Platonicorum explicatio. Duisburg 1854. p. 4—9.

Quaestio proponitur. Interrogatur utrum virtus docendo<sup>2)</sup> vel exercendo<sup>3)</sup> comparari possit, an innata<sup>4)</sup> sit, an alio modo obtingat.

Correctio. Non potest quaeri qualis sit virtus, priusquam quid sit convenerit. (Omnis alicuius rei cognitio ad eius notionem redit.)<sup>5)</sup>

A. Quaeritur quid sit virtus, et num quid sit omnino quaeri possit.<sup>6)</sup>

### I. Definitiones virtutis.

Meno in virtute definienda frustra versatur.<sup>7)</sup>

Prima definitio. In unaquaque actione atque aetate ad unumquodque opus singulis hominibus virtus adest. (Variae formae virtutis.)<sup>8)</sup>

Refutatio. Non multae virtutes quaeruntur, sed species (*εἶδος*) una in omnibus eadem.<sup>9)</sup>

Contradictio. Virtus non videtur, sicut sanitas magnitudo robur, in omnibus esse eadem.<sup>10)</sup>

Refutatio. Omnes eodem modo, iustitia et temperantia, boni sunt; quare virtus in omnibus est eadem. (Inductio.)<sup>11)</sup>

Altera definitio. Virtus est praeesse posse hominibus. (Virtus civilis sophistarum.)<sup>12)</sup>

Refutatio. Haec definitio non quadrat in omnes, velut pueros et servos, et imperfecta est, nam dominandum est cum iustitia.<sup>13)</sup>

Additamentum. Etiam iustitia fortitudo temperantia sapientia magnificentia sunt virtutes. (Variae virtutis partes.)<sup>14)</sup>

1) 99 E—100 C. 2) 70 A ἄρα διδασκὸν ἢ ἀρετῆ. 3) ib. ἀσκητόν. 4) ib. φύσει. 5) 71 D τί φησὶ ἀρετὴν εἶναι; 6) 71 E—86 C. 7) 71 E—79 E. 8) 72 A καὶ ἐκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν πρὸς ἕναστος ἔργον ἐκάστη ἡμῶν ἢ ἀρετῆ ἔστιν. 9) 72 A—C. 10) 73 A. 11) 73 A—C. 12) 73 C ἄρχειν οἷον τ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων. 13) 73 D. 14) 73 D—74 A.

Refutatio. Non multae, sed una quaeritur virtus.<sup>1)</sup>  
 Explanatio. Socrates recte definiendi rationem exemplis illustrat.<sup>2)</sup>

Figurae definitio prima. Figura est, quod solum ex omnibus semper colorem comitatur. (Definitio fallax.)<sup>3)</sup>

Refutatio. Ratio dialectica postulat, ut in definiendo iis tantum notionibus utamur, quas alter se nosse concesserit.<sup>4)</sup>

Figurae definitio altera. Figura est terminus solidi. (Definitio fit per genus proximum et differentiam specificam.)<sup>5)</sup>

Coloris definitio. Color est figurarum effluvium visui congruens atque sensibile. (Definitio ex Empedoclea doctrina, quam non omnes probant.)<sup>6)</sup>

Tertia definitio. Virtus est appetere pulchra et consequi posse. (Vulgaris opinio.)<sup>7)</sup>

Refutatio. a) Mala appetit nemo.<sup>8)</sup>

Correctio. Virtus est potestas comparandi bona, sanitatem divitias honores similia. (Vulgaris de bonis opinio.)<sup>9)</sup>

Refutatio. b) Bona non sine virtutis aliqua parte, velut iustitia temperantia sanctitate, comparari oportet; virtus est igitur, cum parte aliqua virtutis agere quidquid agitur. (Circulus in definiendo.)<sup>10)</sup>

II. Quaeritur num inquiri in rem ignotam omnino possit.<sup>11)</sup>

Argumentum eristicum. Quod quis novit, non quaerit; quod ignorat, quaerere nequit, cum quid quaerat nesciat. (*Ἀπόρημα*.)<sup>12)</sup>

Refutatio. Quaerere et discere est reminisci; animus autem quae nescit reminisci potest.<sup>13)</sup>

Argumenta. 1. Sacerdotes et poetae auctores sunt animum immortalem ultro citroque migrantem didicisse omnia. Tota autem natura cognata est; quare animus omnia reminisci potest.<sup>14)</sup>

2. Discere autem est reminisci. Nam quae quis nescit, apte interrogando ex eo elici possunt. (Methodus Socratica.)<sup>15)</sup>

Demonstratio. Ex servulo geometriae imperito ratio quadrati duplicandi interrogando elicitur.<sup>16)</sup>

1) 74 A. 2) 74 B—77 B. 3) 75 B. 4) 75 C—D. 5) 76 A. 6) 76 D. 7) 77 B ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι. 8) 77 B—78 B. 9) 78 B δύναμις τοῦ πορίζεσθαι τὰγαθὰ. 10) 78 C—79 E. 11) 80 A—86 C. 12) 80 D. 13) 81 A—86 C. 14) 81 A—D. 15) 81 E—85 D. 16) 82 A—85 B.



Interrogando enim efficitur a) ut intellegat ne scire se, quae se nosse arbitrabatur. (Socrates torporem efficit.)<sup>1)</sup> b) ut intellegat veram rationem.<sup>2)</sup>

Conclusio. a) In animo notiones insunt, quas in hac vita non didicit. Ergo aut in alia vita eas didicit, aut semper sciens fuit. Ergo immortalis est. b) Illae notiones meditando et inquirendo suscitari possunt. Ergo inquirendum est.<sup>3)</sup>

Transitio. Socratem ad virtutem definiendam denuo agredientem Meno inducit ut redeat ad quaestionem initio propositam, virtus num doceri possit.<sup>4)</sup>

## B. Quaeritur num virtus doceri possit.<sup>5)</sup>

### I. Quaeritur num virtus scientia sit.<sup>6)</sup>

Ratio disquisitionis ex hypothesi. Si virtus scientia est, doceri potest, sin aliter, non potest.<sup>7)</sup>

Disquisitio. Virtus est bonum.<sup>8)</sup>

Omnia bona sunt utilia.<sup>9)</sup>

Omnia utilia non utilia sunt nisi prudentia ducente; nam a) ea, quae circa corpus sunt, noxia sunt si rectus usus deest, qui ex prudentia pendet; b) ea, quae circa animum sunt, sine prudentia nocent.<sup>10)</sup>

Ergo utile ipsum prudentia est.<sup>11)</sup>

Ergo virtus est prudentia, aut tota aut pars aliqua.<sup>12)</sup>

Ergo virtus non natura insita esse, sed doceri posse videtur.<sup>13)</sup>

Transitio. Si virtus doceri potest, magistros et discipulos virtutis esse oportet; alioqui doceri non potest.<sup>14)</sup>

### II. Quaeritur num virtutis magistri sint.<sup>15)</sup>

Virtutis magistros non esse verisimile est, quia neque a Socrate neque ab Anyto neque a Menone ullus reperiri potest, quin etiam qui ipsi virtutis praecepta tradunt, sophistae et poetae gnomici, de ea re inter se non consentiunt.

Inductio. 1. Socrates affirmat saepenumero se quaerentem idque adhibitis hominibus eius rei peritissimis, virtutis magistros nunquam investigasse.<sup>16)</sup>

2. Anytus vir bene eruditus et amplissimis rebus functus sophistas abominatur<sup>17)</sup>, et bonos clarosque

1) 82 B—84 A. 2) 84 D—85 B. 3) 85 B—86 C. 4) 86 CD.  
5) 86 E—99 E. 6) 86 E—89 B. 7) 86 E—87 B. 8) 87 D.  
9) 87 E. 10) 87 E—88 E. 11) 89 A. 12) ib. 13) 89 A—C.  
14) 89 C—E. 15) 89 E—96 C. 16) 89 E. 17) 91 C—92 A.

viros (τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς) commendat<sup>1)</sup>; refutatur autem allatis exemplis praestantissimorum virorum.<sup>2)</sup>

3. Meno testatur in Thessalia bonos clarosque viros de ea re diversa sentire<sup>3)</sup>, et

4. A Gorgia rideri sophistas reliquos, qui virtutis magistros se profiteantur.<sup>4)</sup>

5. Theognidem secum ipsum pugnare Socrates ostendit.<sup>5)</sup>

Transitio. Prior disquisitio atque rerum examen ad diversa tendunt; quare necesse est in illa disquisitione vitium latuisse.<sup>6)</sup>

### III. Vitium detegitur. Agitur de scientia et vera opinione.<sup>7)</sup>

1. Ad recte agendum nihilo minus quam prudentia valet vera opinio.<sup>8)</sup>

2. Tamen scientia eo, quod stabilis est nixa rationatione a causis ducta (λογισμῶ), differt a vera opinione.<sup>9)</sup>

Conclusio. Ad recte agendum ducunt haec duo sola, scientia et vera opinio.<sup>10)</sup>

Virtus civiliū virorum, quippe quae doceri non possit, non est scientia.<sup>11)</sup>

Relinquitur igitur, ut illa sit vera opinio sine scientia, sicut vera opinio vatum divinatorum, divinoque beneficio obtingat<sup>12)</sup>;

nisi quis forte reperiat Tiresias inter umbras, qui virtutem suam docere possit.<sup>13)</sup>

### Epilogus.

Veritas tum comprehendetur, cum exploratum erit quid sit virtus.<sup>14)</sup>

### III. Quo consilio Plato Menonem scripserit.

Multum agitata Platonis temporibus erat quaestio num virtus doceri posset, cum sophistarum alii virtutis magistros se profiterentur, alii virtutem doceri posse negarent. Protagoras enim, qui libellum conscripsit *περὶ ἀρετῶν*<sup>15)</sup>, se iactabat *παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον*<sup>16)</sup>, Evenus Parius docturum se pollicebatur *ἀρετὴν*

1) 92 E. 2) 93 A—94 E. 3) 95 B. 4) 95 C. 5) 95 D—96 A. 6) 96 D—97 A. 7) 97 A—99 C. 8) 97 C. 9) 98 A.  
10) 99 A. 11) ib. 12) 99 BC. 13) 100 A. 14) 100 B.  
15) Diog. La. IX 55. 16) Prot. 349 A. ad 91 AD.



ἀνθρωπίνην καὶ πολιτικὴν<sup>1)</sup>, Euthydemus et Dionysodorus sibi videbantur ἀρετὴν οἶω τ' εἶναι παραδοῦναι κάλλιστ' ἀνθρώπων καὶ τάχιστα<sup>2)</sup>, Prodicus et alii multi hominibus persuaserunt, ὥς οὔτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τῆν αὐτῶν διοικεῖν οἰοί τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι τῆς παιδείας<sup>3)</sup>, Gorgias autem irridebat eos, qui virtutem docturos se pollicebantur<sup>4)</sup> itemque certe discipuli eius Polus, Lycophro, Protarchus, Alcidas.<sup>5)</sup> Ad hanc controversiam descendit etiam Euripides (suppl. 913): ἡ δ' εὐανδρία διδασκός, εἶπερ καὶ βρέφος διδάσκειται λέγειν ἀκούειν θ' ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει, et Isocrates (XIII, 21): οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τοιαύτην εἶναι τέχνην, ἣ τις τοῖς κακῶς πεφυκόσιν ἀρετὴν ἂν καὶ δικαιοσύνην ἐμπούσειεν. Quare et in Xenophontis commentariis<sup>6)</sup> Socrati haec quaestio proponitur ἡ ἀνδρεία πότερον εἴη διδασκτὸν ἢ φυσικόν, et in convivio Xenophonteo<sup>7)</sup> de virtute (καλοκάγαθία), num doceri possit, clamor oritur: ἐνταῦθα δὲ πολλοὶ ἐφθέγγαντο, καὶ ὁ μὲν τις αὐτῶν εἶπε· ποῦ οὖν εὐρήσει τοῦτον διδάσκαλον; ὁ δὲ τις ὥς εἶπερ τι καὶ ἄλλο καὶ τοῦτο μαθητόν. ὁ δὲ Σωκράτης ἐφη· τοῦτο μὲν ἐπειδὴ ἀμφίλογόν ἐστιν<sup>8)</sup> εἰς αὐθις ἀποθώμεθα. Plato autem, qui cum Socrate censebat virtutem doceri posse, postquam iam Protagora dialogo docuit hanc quaestionem ad alteram illam revocandam esse, quae est de virtutis notione et indole, constituit Menone dialogo *virtutis et scientiae moralis vim et condiciones* ita examinare, ut simul et Socraticae methodi praestantia opponeretur sophisticis artificiis et ipse Socrates ab inimicorum calumniis vindicatus evaderet verae scientiae et virtutis magister unicus.

I. a) Socraticae de virtute doctrinae haec est summa.<sup>9)</sup> Malus nemo est nisi invitus; nam nemo miser esse vult.<sup>10)</sup> Quare qui bonum cupientes mali sunt, fal-

1) apol. 20 B. 2) Euthyd. 273 D. 3) De rep. X 600 C., Welcker, Kleine Schriften II p. 429—447: Tugendlehre (des Prodikos). Prodicus fabulam illam invenit de Hercule in bivio, schol. Ar. nub. 360. 4) 95 C. 5) Zeller, Philos. der Griechen I<sup>4</sup> p. 959 sq. 6) Xen. mem. III 9, 1. 7) Xen. symp. II 6. 8) Quaestio tota antiquitate non desita est disceptari, id quod testantur Diog. La. VI 10: Antisthenes διδασκτὴν ἀπεδείκνυε τὴν ἀρετὴν, dialogi qui circumferebantur Critonis nomine Ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μαθεῖν οἱ ἀγαθοὶ (Diog. La. II 121), Simonis Περὶ ἀρετῆς ὥς οὐ διδασκτὸν (ib. 122), is qui et Platonis et Aeschinis nomine inscribitur ex Platonis Menone excerptus Περὶ ἀρετῆς, Plutarchi commentariolus Ὅτι διδασκτὸν ἡ ἀρετή, Hor. ep. I 18, 100 virtutem doctrina paret naturane donet? Seneca De otio 31: natura an ars bonos viros faciat? Maximus Tyrius diss. XXXIII. XXXVII. 9) Zeller, die Philosophie der Griechen. II, 1. ed. III. 1875. p. 117 sqq. 10) Zeller II 1 p. 119, 2. Cf. Menon. 77 B sqq.

luntur nescientes quid bonum sit, et inscitia parens est omnium vitiorum<sup>1)</sup>; boni autem scientia est virtus.<sup>2)</sup> Ergo virtus et una est in hominibus omnibus<sup>3)</sup> et pariter ac litterae doceri potest.<sup>4)</sup> Virtutem aequalium vanam et nullam esse apparet, quia vana opinione nititur.<sup>5)</sup>

In Protagora dialogo Protagoras virtutem civilem (πολιτικὴν) docturum se pollicetur, qua res domesticae et publicae bene administrantur<sup>6)</sup>; Socrati autem videtur ea virtus institutione non posse comparari.<sup>7)</sup> Nam neque vulgus Atheniensium ita arbitrari, cum nemini non liceat quamvis inerudito verba facere in foro, neque viros in re publica praeclaros suam virtutem filiis tradere potuisse.<sup>8)</sup> Protagoras contra exponit verecundiae (αἰδώς) et iustitiae (δίκη) Iovem omnes fecisse compotes; ingenii igitur vitio illos a parentum virtute descivisse.<sup>9)</sup> Arbitrari autem civilem virtutem posse comparari; nam iniustos puniri<sup>10)</sup>, et filios instituendos curari.<sup>11)</sup> Cum Socrate vero censet niti illam iustitia (δικαιοσύνη), temperantia (σωφροσύνη)<sup>12)</sup>, sanctitate (δσιότης)<sup>13)</sup>; mox adiectis fortitudine (ἀνδρεία) et sapientia (σοφία) evadunt quinque virtutis partes.<sup>14)</sup> In quas Socrates priore quaestione dimissa inquirat, num inter se diversae sint, atque videtur διδικαιοσύνη esse fere idem atque δσιότης<sup>15)</sup>, σωφροσύνη idem atque σοφία<sup>16)</sup>, δικαιοσύνη idem atque σωφροσύνη<sup>17)</sup>, ἀνδρεία idem atque σοφία.<sup>18)</sup> Simul interiecta disputatione de carmine quodam Simonidis<sup>19)</sup> Socrates ex poetae sententia docet neminem malum esse nisi invitum<sup>20)</sup>; ex quo colligi potest non solum fortitudinem niti scientia (ἐπιστήμη)<sup>21)</sup>, sed omnes virtutes. Quare tertia disputatione instituta de scientia haec exponuntur.<sup>22)</sup> Scientia pulchrum (καλόν) est et in homines dominatur<sup>23)</sup>; nam vulgus hominum sectatur id quod iucundum est; in quo opus est arte metiendi.<sup>24)</sup> Quod iucundum est, idem est bonum<sup>25)</sup>; honestum facinus est bonum et utile<sup>26)</sup>; nemo malum cupit, quod timet.<sup>27)</sup>

1) Xen. mem. IV 2, 19. Zeller II 1 p. 122, 123, 1. 2) Xen. mem. III 9, 4. Zeller 124. 3) Xen. symp. II 9. Ar. polit. I 13. Zeller 121. 4) Xen. mem. III 9, 1 sqq. IV 2, 20 μάθησις — ὥσπερ τῶν γραμμάτων. Zeller 122 sq. 5) apol. 21 C 29 E. Zeller 118. 6) Prot. 318 E εὐβουλίᾳ περὶ τε τῶν οἰκείων — καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως. 7) 319 B 320 B. 8) 319 A sqq. 9) 320 C—328 D. 10) 323 C sqq. 11) 325 A. 12) 323 A. 13) 325 A. 14) 330 A 349 B. 15) 331 B. 16) 333 B. 17) 333 D 349 D. 18) 350 C 360 D. 19) 338 E—347 A. 20) 345 D. 21) 350 A. 22) 351 A—361 B. 23) 352 C. 24) 357 A. 25) 358 A. 26) 358 B. 27) 358 E.



Quare fortitudo est scientia rerum metuendarum et non metuendarum.<sup>1)</sup> Ergo omnes virtutes scientia sunt, nam virtutum unitas concessa est; et virtus doceri potest.<sup>2)</sup> Discedens Socrates *ἐγὼ οὖν*, inquit, *πάντα ταῦτα καθορᾶν ἄνω κάτω ταραττόμενα δεινῶς πᾶσαν προθυμίαν ἔχω καταφανῆ αὐτὰ γενέσθαι, καὶ βουλοίμην ἂν ταῦτα διεξιθόντας ἡμᾶς ἐξελεῖν καὶ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ὅτι ἐστὶ, καὶ πάλιν ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτοῦ εἴτε διδασκτὸν εἴτε μὴ διδασκτὸν.*<sup>3)</sup> Promissum Plato Menone efficit.

b) Nam Menone dialogo quaestio in Protagora incohata ad eum finem perducitur, ut contorta difficultas, qua irretiti Protagoras et Socrates non solum inter se, sed ipsi secum postremo pugnant, expediatur invento virtutum genere duplici<sup>4)</sup>, quorum alterum, virtus vulgaris<sup>5)</sup> et imperfecta, quae opinione sola sine scientia nititur, doceri non potest, sed consuetudine et exercitatione tantum quodammodo comparatur, alterum, virtus vera<sup>6)</sup> et perfecta sive philosophica et quae scientia nitatur, doctrina conciliari potest.

Et initio quidem libri illud, quod Protagora dialogo Plato ex Socratis sententia docuit, quaestionem de virtutis institutione revocandam esse ad alteram illam, quae est de natura eius et condicione, paucis colligitur et repetitur<sup>7)</sup>; deinde propositum incipitur et tantum non absolvitur cum urbana illa dissimulatione, qua etsi omnia aut palam proponuntur aut occultius iniciuntur, quae ad rem diiudicandam pertinent, tamen legentium animi sollicitantur, cum parum aut nihil, quod verum et operae pretium sit, quaerendo effeci videatur. Agitur enim ab ipso initio in refutandis Menonis definitionibus non solum id, ut explodatur vulgi incerta opinio sophistarumque decreta speciosa auditu, ad probandum infirma, et fiducia convellatur ut Menonis ita omnium, qui arroganti opinione sophisticae calliditatis ad spem civitatis bene regendae evehuntur, sed etiam ut in cognoscendam virtutis naturam gradatim ascendamus et veritatis aditus magis magisque iam patefiat.<sup>8)</sup> Quare quamquam Menoni dicenti virtutem aliam esse viri aliam feminae, aliam adolescentis aliam adulti, liberi aliam atque servi<sup>9)</sup>, recte obicitur in omnes virtutis formas pro actionibus aetatibus hominibus diversas

1) 360 D. 2) 361 B. 3) 361 C. 4) Schleiermacher II, 1 p. 228. 5) *πολιτικὴ, δημοτικὴ* Phaedon, 82 A. Steger, *Platonische Studien* II p. 48—54. 6) *ἀληθῆς ἀρετῆς*. Phaedon, 69 B. 7) Susemihl I p. 33. 8) Steinhart II p. 99 sqq., Susemihl I p. 66. 9) 71 E.

dominari unam virtutis summam et absolutam notionem, quapropter virtutis nomine omnes nuncupentur, tamen intellegimus recte sensisse Menonem non omnia decere eundem, sed diversis diversas obtingere virtutis formas atque munera, quae tueri virtus sit, sicut Charmides<sup>1)</sup> temperantiam (*σωφροσύνην*) in eo ponit, ut sua quisque agat (*τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν*), et Aristoteles<sup>2)</sup> a notionis unitate rursus ad usum et exempla descendens: *ἄλλον γὰρ τρόπον*, inquit, *τὸ ἐλεύθερον τοῦ δούλου ἄρχει καὶ τὸ ἄρξεν τοῦ θήλεος καὶ ἀνῆρ παιδός.* — *ὁμοίως τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς: ὑποληπτέον δεῖν μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὅσον ἐκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἔργον.* — *ὥστε φανερόν ἐστιν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ οὐχ ἢ αὐτῆ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς οὐδ' ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης.* — *πολὴν γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετὰς ὅσπερ Γοργίας.* Iterum Meno recte ille quidem vituperatur postquam cupide et inique statuit virtutem esse praeesse posse hominibus<sup>3)</sup>; valet enim hoc responsum ad illustrandam virtutem civilem sophistarum, quam „illi interpretabantur sic, ut missa verae honestatis ac probitatis vi unice de prudentia civili ac domestica cogitari vellent eoque modo totam virtutem ad callidum quoddam utilitatis vel privatim vel publice consequendae artificium revocarent“<sup>4)</sup> Attamen etiam ex Platonis sententia virtus ars regia censenda est et in homines dominans, qua sola moderatrice civitates bene et prospere administrari possint.<sup>5)</sup> Neque plena et perfecta foret virtutis descriptio, si omitterentur partes virtutis<sup>6)</sup>, quae in Protagora dialogo constitutae sunt quinque: *σοφία καὶ σωφροσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη καὶ ὁσιότης, πέντε ὄντα ὀνόματα*<sup>7)</sup>, Menoni autem, qui cum veris virtutibus fortuita confundit, sicut magnificentiam cum potestate et divitiis coniunctam, permultae esse videntur: *δικαιοσύνη, ἀνδρεία, σωφροσύνη, σοφία, μεγαλοπρέπεια,* „καὶ ἄλλαι πάμπολλαι“<sup>8)</sup> Quarum mentionem non inicere Plato noluit, quamquam in eas inquirendi negotio hoc loco supersedit; cunctarum enim unitatem longa disputatione in Protagora dialogo instituta probavit<sup>9)</sup>, singulae autem singulis libris tractantur, fortitudo Lachete, tem-

1) Charm. 161 B. 2) Polit. I 13 (I 5, 6). Cf. ib. III 4 (III 2, 4) Steinhart II p. 173 n. 19. 3) 73 C. 4) Stallbaum<sup>2</sup> proll. p. 8. 5) De rep. III 413 E. Steinhart II p. 100. 6) *μόρια ἀρετῆς*, 78 D. 7) Prot. 349 B. 8) 74 A. 9) Prot. 329 C — 350 D. Etiam 87 E (v. ann.) quaestio in Protagora instituta non iteratur.



perantia Charmide, pietas Euthyphrone, iustitia libro de republica, quo simul exponitur, quomodo virtutis partes quattuor quae Platoni postea videbantur<sup>1)</sup>, ad animae partes tres revocandae sint.<sup>2)</sup> Iam proxime ad veritatem accedit tertia Menonis definitio: *ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι*<sup>3)</sup>, quae postquam Plato ex Socratis sententia probavit mala scientem appetere neminem, sic corrigitur: *δύναμις τοῦ πορίζεσθαι τὰγαθὰ*.<sup>4)</sup> Hanc definitionem Meno, si tenuisset veram et sinceram boni notionem, valenti argumentatione defendisset; cuius expertus, cum teneat vulgarem de bonis opinionem, facile labefactatur.<sup>5)</sup>

Neque igitur methodi vitio, quod in prima et altera definitione inesse Socrates ostendit, sed opinionis perversitate tertia definitio corrumpitur, id quod satis perspicue significatur: *χρυσίον δὲ δὴ καὶ ἀργύριον πορίζεσθαι ἀρετὴ ἐστίν, ὡς φησι Μένων ὁ τοῦ μεγάλου βασιλέως πατρικὸς ξένος*.<sup>6)</sup> Ex quo elucet verae virtutis primariam conditionem esse veram cognitionem sive scientiam. Neque igitur casu quodam, ut Plato rem finxit, aut solum ad refutandum eristicum argumentum forte iniectum, sed necessaria sua progressionem quaestio devenit ad examinandam scientiae naturam et conditionem; qui locus tantum abest ut forte tractetur, ut caput contra et ianua universae quaestionis putandus sit.<sup>7)</sup> Ad veram rerum naturam<sup>8)</sup> aditum esse, sive facultatem esse scientiae, consequitur ex immortalitate animi<sup>9)</sup>, quam probari posse Plato, quo tempore Menonem conscripsit, sine dubio persuasum habuit, sicut postea Phaedone se eam probavisse re vera sibi persuasit.<sup>10)</sup> Omnia autem argumenta, quae Platoni satis esse postea visa sunt, ex idearum doctrina pendent<sup>11)</sup>, cuius in hoc dialogo nullum exstat vestigium<sup>12)</sup>, sed praemeditatio tantum illa de recordatione (*ἀνάμνησις*), ex qua ea doctrina postea crevit.<sup>13)</sup> Quare non mirum est quod Plato, ut solet in re certa et necessaria, sed impedita<sup>14)</sup>, ad sacram fabulam<sup>15)</sup> et ad

1) Cf. Euthyphr. proll. c. VII. 2) Stallbaum proll. ad remp. p. XXIII sqq. Zeller II 1 p. 748 sq. 3) 77 B. 4) 78 B.  
5) Arnold I p. 161 n. 9. Steinhart II p. 101. Susemihl I p. 66. 68. 6) 78 D. 7) Steinhart II p. 95. 97. 8) 86 A ἢ ἀλήθεια τῶν ὄντων. 9) Ad 86 A. 10) Wohlrab, Phaedon, proll. p. 23 sqq. 28. 11) Wohlrab l. I. p. 24. 12) Stallbaum<sup>1</sup> proll. p. LI. Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 486. Vocis *εἶδος* notio quae est p. 72 C a Socratis consuetudine dicendi non recedit. Euthyphr. proll. c. VII extr. 13) 81 A sqq. Cf. Peipers, ontologia Platonica p. 473. 14) Plato Menone hanc quaestionem, num veritatis omnino cognitio sit, primum tractavit, qua in Protagora supersederat. Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 483. 15) 81 A.

argumentationem non validam<sup>1)</sup> refugit, ultimam autem rationem eam ponit, in qua, quoniam reliqua dialectice probari non possunt, etiam nobis acquiescendum est.<sup>2)</sup> Notiones autem in animo dormientes excitantur Socratica docendi methodo, ad quam pleno et perfecto exemplo illustrandam pueri interrogatio<sup>3)</sup> plus valet quam ad probandam animi immortalitatem; qua primum caligo depellitur vanae opinionis, verae cognitionis perniciosissimum impedimentum, et torpor ille salutaris efficitur<sup>4)</sup>, deinde ipsa veritas nascitur quasi obstetricia arte.<sup>5)</sup>

Ab hac disquisitione Socrates non propter Menonis inconstantiam, ut lusit Plato<sup>6)</sup>, sed necessario pergit ad tertiam quaestionem, virtus num scientia sit. In qua utitur hypothetica methodo a Zenone<sup>7)</sup> inventa, quam Plato non semel quaestionibus adhibuit et commendavit<sup>8)</sup> utilissimam et necessariam<sup>9)</sup> arbitratus ubi ea, quae vera visa sunt, ad obrussam quasi exiguntur, num ratione inventa et quae ex iis consequuntur re probentur. Ita Plato virtutem scientiam esse et doceri posse probat, cautius autem quam Socrates, qui totam virtutem scientiam esse voluerat<sup>10)</sup>, haec addit: *φρόνησιν ἄρα φαρμὴν ἀρετῆν εἶναι, ἥτοι ξύμπασαν ἢ μέρος τι*.<sup>11)</sup>

Hac re probata iam restat ut examinetur aequalium virtus num vera virtus sit; ad quam examinandam se accingens Plato, etsi reliqua disputatio satis pugnax fuit atque idonea et ad traducendam sophisticam institutionem et ad civilem virtutem quae vulgo intellegebatur convellendam, bellatorium stilum magis etiam acuit.<sup>12)</sup>

Quam etsi non veram tamen veritatis imaginem esse vult; ad 86 B. 1) 85 D—86 B, cf. ad 86 A. Ast p. 403. Hermann l. I. p. 485. Schaarschmidt p. 356. Zeller II 1 p. 454 ann. 1. Tamen Plato Phaedon. 73 B ad haec respexit, v. infra c. VI. 2) 86 B, cf. 81 DE. Goethe, Briefwechsel mit Zelter V 354: „Ich habe bemerkt, dass ich den Gedanken für wahr halte, der für mich fruchtbar ist, sich an mein übriges Denken anschließt und zugleich mich fördert.“ Cum 81 DE cf. Lessing, Eine Duplik. c. I: „Nicht durch den Besitz, sondern durch die Nachforschung der Wahrheit erweitern sich seine (des Menschen) Kräfte, worin allein seine immer wachsende Vollkommenheit besteht. Der Besitz macht ruhig, träge, stolz.“ 3) 82 B sqq. Platoni geometria est philosophiae praeparatio, de rep. VII 526 C. Steinhart II p. 106. 4) 79 E sq. 84 A sq. 84 C ἀνηγο ἄρα νοσησας. 5) *μακροθυμή*, Theaet. 161 E al. 6) 86 CD. 7) Parm. 136 A. 8) Steger, Platonische Studien I. 1869. p. 57 sqq. Zeller II 1 p. 521 sq. 9) Parm. 135 D, ubi ad hypotheticam disquisitionem respicitur: *εἰ δὲ μή, σὲ διαφεύξεται ἡ ἀλήθεια*. 10) Zeller II 1 p. 118. 11) 89 A. v. infra p. 20. 12) Platonis animum irritavit gratia, qua et sophistae apud optimates floruerunt et politici homines apud plebem, qui Socrati pariter ac sophistis infensi fuerant et postremo perniciosi. „In iis quae de



Primum quidem deluditur Meno, cui Socrates par pari referens captiose proponit οὐ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, — μή διδάκτων εἶναι<sup>1)</sup>; quod Meno probat delusus non solum Graeco sermone, quo esse et esse posse eodem verbo significantur, sed etiam hominum opinione, qui si quam artem doceri posse credituri sunt, doctores eius requirunt.<sup>2)</sup> Deinde monstratur vulgaris virtutis non esse praeceptores, quia illa non scientia, sed opinione<sup>3)</sup> nitatur; in quo quamquam minime latet salis acerbitas, Plato tamen aliquid remisit ex rigida Socratis doctrina. Socrati enim virtus sine scientia omnino nulla esse visa erat<sup>4)</sup>, Platoni autem videtur aliqua etsi incerta et parvi aestimanda.<sup>5)</sup> Nam virtutem eorum, qui in Atheniensium republica administranda et augenda valida opera et palmari consilio valuerunt, Themistoclis Aristidis Periclis Thucydidis, nullam fuisse Plato non contendit, at non stabilem<sup>6)</sup> erroribusque obnoxiam<sup>7)</sup> et ita comparatam, ut posteris tradi non posset. Haec est verae virtutis quasi adumbrata imago<sup>8)</sup>, quam qui tenent instabiles sunt sicut umbrae volitantes<sup>9)</sup>; quorum virtus quantumvis spectata non tam clarum est exemplar, ut posteris, qui eam imitantur, integra maneat. Nam ut illorum filii, ita etiam qui tunc erant plebis rectores et turbatores a maiorum virtute desciverant, sicut Anytus<sup>10)</sup>, cuius pater propter morum dissimilitudinem consulto laudatur<sup>11)</sup>. Quare duo esse virtutis genera Plato statuit, quorum utrumque ex iisdem seminibus in superiore vita animis insitis procreatur. Quae tamen non eadem

Anyto scribit 90 A ubique sunt aculei in hominem, quem Plato pessime oderat, nam nulla esse potest controversia quin haec post Socratis mortem scripta fuerint. Quod igitur Anyti patrem Anthemionem laudat (οὐχ ὑπερήφανος πολίτης οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθής), his omnibus tectae filio superbia et arrogantia exprimitur. — Graphice depingit Anyti asperitatem et saevitiam et acerbissimum in sophistas odium, corruptores iuventutis, quo et Socratem insectabatur 91 C 92 AB, ut futurum Socratis accusatorem facile agnoscas, cui oblique malum minatur 94 E. Cobet, Collectanea crit. p. 47. 1) 89 E. 2) Xen. symp. II 6, ubi de virtute docenda agitur: ποῦ οὖν εὐρήσει τοῦτον διδάσκαλον; Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 646. 3) 97 B ὀρθὴ δόξα, δόξα ἀληθής, 99 B εὐδοξία. symp. 202 A ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτον ἢ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. 4) Zeller I. l. II 1, p. 96. 118. 5) 98 C οὐ μόνον δι' ἐπιστήμην ἀγαθοὶ ἄνδρες ἂν εἶεν καὶ ἀφέλιμοι ταῖς πόλεσιν, εἴπερ εἶεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὀρθὴν δόξαν. Nondum ita in Protagora; Hermann I. l. p. 484. 6) 97 C ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν non serio dicitur. Susemihl I p. 71. 7) Ut 71 E τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν. 8) σιωγραφία, Phaedon. 69 B. 9) 100 A coll. 98 A. 10) Hinc illa ira 94 E. 11) 90 A. Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 644 ann. 420. Steinhart II p. 93.

sunt in omnibus, cum sint qui ingenii vitio deteriores apparent sicut Periclis filii.<sup>1)</sup> Haec igitur semina innata (φύσει) sunt, eaque sola; virtutis enim utrumque genus ex iis recordatione (ἀναμνήσει) procreatur, qua sola illa semina excoluntur. Virtutem igitur innatam esse recte negatur<sup>2)</sup>, quoniam sine recordatione nulla est virtus. Recordatio autem revocatur et ratione philosophica et exercitatione. Quam ratio parit, vera est virtus; vera autem ratio non est sophistarum, quorum alii veritatem cognosci posse omnino negant<sup>3)</sup>, alii civilem<sup>4)</sup> tantum virtutem tradunt<sup>5)</sup> (quos tamen ipsi civiles viri<sup>6)</sup> abominantur), alii virtutis doctores irridentes oratoriam artem solam profitentur<sup>7)</sup>, omnes autem non veritatem, sed vanam speciem sectantur et dialectica methodo, quae parens est scientiae, superseident<sup>8)</sup>, sed una ratio philosophica quam docuit Socrates verae scientiae et virtutis praeceptor unicus.<sup>9)</sup> Vulgaris autem virtus exercitatione<sup>10)</sup> comparatur, id quod non solum politici homines recte senserunt, qui „cotidianum vitae usum maiorumque exempla formandis ad virtutem ingeniis sufficere rati doctrinam virtutis ullam esse negabant adolescentesque eius studiosos ad optimorum civium consuetudinem<sup>11)</sup> moresque publicos ediscendos ablegabant<sup>12)</sup>, sed etiam Plato alibi affirmat.<sup>13)</sup> Exercitatione autem non scientia paratur, sed opiniones tantum et usitatae cogitationes animo concipiuntur, quae neque verae sunt omnes neque, si modo verae sunt, continentur ratiocinationis vinculo.<sup>14)</sup>

1) Phaedr. 250 A ἀναμνησθεσθαι δ' ἐν τῶνδε ἐκείνα οὐ δάδιον ἀπάσῃ (ψυχῇ), οὔτε ὅσα βραχέως εἶδον τότε τάκει, οὔτε αἰ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν. 2) 98 CD. Susemihl I p. 73. Etiam Socrates docuit (Xen. mem. IV 1, 3) ὅτι αἱ ἀρισται δοιοῦσαι εἶναι φύσεις μάλιστα παιδείας δεόνται. 3) Eristici 80 D sqq. Protagoras, Gorgias. Steinhart II p. 87. 4) Quae describitur 71 E 91 A. 5) Ut Protagoras, 91 D sq. 6) Ad 91 C. 7) Ut Gorgias, 95 C. 8) Stallbaum<sup>2</sup> p. 10. Quod in Menone apparet, qui ad illustrandam sophisticam institutionem inducitur (Stallbaum<sup>1</sup> p. XXV) sicut Anytus ad mores civium virorum qui tum erant illustrandos. (Hermann, Ind. lect. hib. Marb. 1837—38 p. 3). 9) Morgenstern, Quid Pl. spectaverit in dial. qui Meno inscribitur componendo. Hal. 1794. Susemihl I p. 74. 10) Socrates μάθησιν et μελέτην non distinxerat, Zeller II 1 p. 123. 11) 92 E. 12) Hermann, Ind. lect. hib. Marb. 1837—38. p. 3. 13) Phaedon. 82 A οἱ τὴν δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σαφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονοῖαν ἀνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ. de rep. X 619 C. Zeller I. l. II 1 p. 496. 14) 98 A αἰτίας λογισμῶ, ib. δεσμῶ. De scientia (ἐπιστήμη) et opinione (δόξα) pauca eaque non sine ironia disputantur 97 A sqq., totus autem in hoc loco versatur Theaetetus



Quare virtus iis nixa et imperfecta<sup>1)</sup> est et instabilis et in varias formas et partes dilabitur<sup>2)</sup> et alius integra tradi nequit<sup>3)</sup>, quin comparari omnino non potest nisi cum animi quodam impetu<sup>4)</sup>, quem cum divino vatum et poetarum inflatu Plato apte comparavit.<sup>5)</sup> Hoc autem animi impetu ne vera quidem et philosophica virtus carere potest, ut quae non solum mentis viribus, sed etiam pectoris amore illo alatur<sup>6)</sup>, quem Plato in Lyside<sup>7)</sup> dicit *ἐπιθυμίαν καὶ φιλίαν τοῦ ἀγαθοῦ*, in Cratylo<sup>8)</sup> *τὴν περὶ ἀρετὴν ἐπιθυμίαν*, in libro de legibus<sup>9)</sup> *ἔρωτα θεῖον τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων*, in hoc autem dialogo significat ubi Menonem dicentem facit virtutem esse *χαίρειν τε καλοῦσι καὶ δύνασθαι*.<sup>10)</sup> Quare virtus vera, quae hoc dialogo definitur, est *voluntas conscia efficiens bonum*.

II. Apparet igitur etiam in Menonis definitionibus vestigia quaedam veritatis inesse, quae nisi caruisset omni ratione dialectica melius ille defendisset. Nam veritatis particulae, quas tenet, ideo dilabuntur, quia non continentur dialectico vinculo.<sup>11)</sup> Propter methodum igitur spretam vapulat sophisticæ institutionis alumnus,

dialogus, in quo scientia tractatur 146 A—186 E, opinio 187 A—201 C, λόγος 201 C—210 B. Ad Theaetetus a Menone similis est transitus atque a Protagora ad Menonem, Steinhart II p. 87.

1) Amplectitur enim etiam vitiosas opiniones et mala appetit, velut *τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν* 71 E. 2) Contra Phaedr. 249 B *εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον*. 3) Exemplo sunt non solum Periclis et rell. filii, sed etiam qui Platonis temporibus erant viri civiles, qui quamquam sophistas execrabantur rivalitatis odio (de rep. VI 493 A. Herm. Ind. lect. hib. Marb. 1837—38 p. 3), tamen sophisticæ doctrina imbutis simillimi erant, id quod Anyti et Menonis familiaritate illustratur (Steinhart II p. 91). Ismenias Thebanus a Persarum rege corruptus (90 A) consulto commemoratur. 4) *ἐνθουσιασμός*, 99 D *ἐνθουσιάζειν ἐπίπνοος ὄντας*. Merito autem 99 D (*καὶ αἱ γυναῖκες κτλ.*) ii irridentur, qui satis habent ingenio suo obtemperare. Susemihl I p. 72.

5) 99 CD. 6) Steinhart II p. 117: „Das eben ist die hohe Bedeutung unsers Dialogs für die platonische Philosophie, dass er hier zuerst — neben dem durch das Denken vermittelten Wissen noch eine ursprüngliche, göttliche Kraft im Menschen als den tiefsten Kern seines Wesens annahm, in welchem sein Wissen nicht minder als sein Handeln seine lebendige Wurzel habe.“ Cf. Susemihl I p. 72. Quod 99 E *θεῖα μοῖρα* vocatur, est *θεῖα φύσις* de rep. II 366 C *πλὴν εἴ τις θεῖα φύσις δυσχεραίνειν τὸ ἀδικεῖν ἢ ἐπιστήμην λαβῶν ἀπέχεται αὐτοῦ, τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἐκὼν δίκαιος*. cf. de legg. I 642 C *τὸ τε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναῖον εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἀνευ ἀνάγκης αὐτοφρονῶς θεῖα μοῖρα ἀληθῶς καὶ οὐτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοὶ*. Zeller II<sup>3</sup> I p. 497 ann. 3. 7) Lys. 217 E. 8) Crat. 404 A. 9) De legg. IV 711 D. Cf. de rep. VI 499 B *ἐκ τίνος θείας ἐπιπνοίας ἀληθινῆς φιλοσοφίας ἀληθινὸς ἔρωσ*. 10) 77 B. 11) 98 A.

despectam tum non solum plebi, sed etiam vulgo eruditorum qui sibi videbantur.<sup>1)</sup> Quare non mirum quod Plato in hoc dialogo etiam id sibi proposuit, ut sophisticæ disciplinæ methodum Socraticam sive dialecticam opponeret eiusque vim et causas luculenter aperiret.<sup>2)</sup> Docet igitur a libri initio non quaeri posse *quale* sit aliquid, priusquam *quid* sit convenerit, omnem alicuius rei cognitionem ad eius notionem revocans; deinde ipsius *notionis unitatem* describit unamque in omnibus formis et partibus requirit<sup>3)</sup> et adeo poscere instat<sup>4)</sup>, ut facile appareat quanta fuerit Platonis aequalium in rebus dialecticis imperitia et inertia.<sup>5)</sup> Quae conspicua est in prima Menonis definitione, qua ille notionis loco formas virtutis affert<sup>6)</sup>, et iterum ubi virtutes complures enumerat<sup>7)</sup>, pro genere partes<sup>8)</sup> ponens generi subiectas. Castigatis vulgatis his *in definiendo vitis* Plato procedit ad rectam definiendi rationem exponendam, quam exemplis illustrat<sup>9)</sup> figurae et coloris. Et primum quidem fallaci exemplo<sup>10)</sup> docetur in definiendo iis tantum uti licere, quae alter concesserit; hanc esse *rationem dialecticam*.<sup>11)</sup> Deinde vera figurae definitione<sup>12)</sup> monstratur definitionem fieri *per genus proximum et differentiam specificam*; postremo significatur in definiendo non fortuito concessis, sed ab omnibus concessis utendum esse.<sup>13)</sup> His dialecticæ artis mysteriis<sup>14)</sup> initiatus Meno incidit in

1) Parm. 135 D *τῆς δοκούσης ἀχρήστου εἶναι καὶ καλουμένης ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀδολοσχίας*. 2) Hermann, Ind. lect. hib. Marb. 1837—38 p. 2. Gesch. u. Syst. I p. 486: „Was den logischen Gewinn anbelangt, so kann es trotz der scheinbaren Trivialität seiner Methode als eine Basis für alle Zeiten betrachtet werden.“ 3) *ὁ μὲν γὰρ συνοπτικὸς διαλεκτικὸς, ὁ δὲ μὴ οὐ, de rep. VII 537 C*. 4) 72 A *μίαν ἀρετὴν*. 72 C *τοῦτο, ὃ οὐδὲν διαφέρει, ἀλλὰ ταῦτόν εἰσι ἀπασαι ἰβ. ἐν τι εἶδος ταῦτόν, δι' ὃ εἰσὶν ἀρεταί*. 72 D *ταῦτόν πανταχοῦ εἶδος*. 72 E *τῷ αὐτῷ εἶδει καὶ τῇ αὐτῇ ἴσχυι*. 73 C *ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πάντων*. 73 E *πότερον ἀρετῆ, ἢ ἀρετῆ τις; (cf. 74 B σχῆμα et σχῆμά τι)*. 74 A *τὴν μίαν, ἢ διὰ πάντων τούτων ἐστίν*. 75 A *τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ταῦτόν*. 77 A *κατὰ ὅλον εἰπὼν ἀρετῆς πέρι*. 79 C *ἀρετὴ τὸ ὅλον*. 79 D *ἀρετὴ ὅλη*. Steger, Platonische Studien I p. 55. 5) Cf. Euthyphr. proll. c. III, b. 6) 71 E. Ita Theaetetus (Theaet. 146 C) varias scientias affert interrogatus quid scientia sit, Laches (Lach. 190 E cf. 191 D) fortitudinis speciem quandam, Euthyphro (Euth. 5 D) pietatis, Hippias (H. mai. 287 E) pulchritudinis exemplum. 7) 74 A, sicut Charmides (Charm. 159 A—161 A) temperantiae partes profert modestiam, pudorem, verecundiam. 8) *μόρια*, 78 D. 9) Ita Theaetetus exemplis docetur Th. 147 A D, nam *παράδειγμα τις ἂν παραθέμενος ἰκανῶς ἂν εὖροι τὸ ζητούμενον*, polit. 279 A. Zeller II I p. 520. 10) 75 B. 11) 75 C sq., cf. ad 75 E *τελευτὴν καλεῖς τι*; 12) 76 A E. 13) 76 E, ubi v. ann. 14) 76 E.



duo imperitorum vitia, quorum alterum est *definitio imperfecta* sive nimis lata<sup>1)</sup>, alterum a dialecticis vocatur circulus in definiendo vel *petitio principii*.<sup>2)</sup> Etiam quae de *hypothetica methodo*<sup>3)</sup> Plato docuit et de *Socratica docendi methodo*<sup>4)</sup> huc referenda sunt.

#### IV. Qua occasione dialogus habitus esse putandus sit.

Meno Thessalus adulescens nobili genere ortus, postquam in Thessalia Gorgiam libenter et studiose audivit, omnium artium et litterarum sedem Athenas visere cupiens magna servorum comitante caterva<sup>5)</sup> ad Anytum paternum hospitem in hospitium sine dubio devertit. Quare Susemihl<sup>6)</sup> suspicatur in Anyti aedibus cum Menone colloqui Socratem; at vereor ut recte. Nam colloquio Socratis et Anyti non praesidet Iuppiter hospitalis.<sup>7)</sup> Praeterea cur astet comitum caterva intellegitur, si cum Müllerero<sup>8)</sup> putamus sub divo in deversorio recessu (*λέσγη, ἡμικύλιον*), quales erant Athenis in viis et ambulacris<sup>9)</sup>, Socratem cum Menone consedissee<sup>10)</sup> et baculo<sup>11)</sup> figuras geometricas in arena, ut mos erat<sup>12)</sup>, delineasse, sicut Athenienses Siciliensi bello: *ὥστε πολλοὺς ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ τοῖς ἡμικυλίοις καθέζεσθαι τῆς τε νήσου τὸ σχῆμα καὶ θέσιν Λιβύης καὶ Καρχηδόνος ὑπογράφοντας*.<sup>13)</sup> Accedit quod non Socrates Menonem, sed ille Socratem quaesivisse videtur, cuius fama tum etiam apud Thessalos vigeat<sup>14)</sup>, non ut institutione eius uteretur, sed studio visenda visendi. Quare et pridie eum convenit<sup>15)</sup> et iterum parum modeste rogitando in eum invehitur<sup>16)</sup>, ut habeat quae domum de eo nuntiet<sup>17)</sup>, quaestionem controversam proponens, de qua Gorgiae iudicium antea audierat.<sup>18)</sup> Mox enim domum reversurus

1) 78 D, cf. 73 D. Lach. 192 C. 2) Ad 79 D. 3) v. supra p. 17. 4) Supra p. 17. 5) Ad 82 A. 6) I p. 77 ann. 7) v. etiam 99 E. 8) II p. 178 ann. 2. 9) Hermann, Privataltertümer § 17, 23. 10) 89 E *παρεκαθέζετο*. Tamen Socratem ambulare vult Biester ad 82 B. 11) Demosth. XXXVII 52 de homine moribus incultis *μέγα φθέγγεται καὶ βαντηρίαν φορεῖ*: tamen a Socrate, qui lacerna (*τοῖβων* symp. 219 B) indutus pedibus nudis (*ἀνυπόδητος* Phaedr. 229 A) incedebat, non alienum erat baculum gestare qua erat aetate (cf. schol. Ar. Plut. 272). Ar. av. 1281 *ἐλακονομάδων* —, *ἐρρύπων, ἐσωκράτων, ἐσυνταλιοφόρων* (h. e. baculos gestabant). Prot. 310 A Hipp. mai. 292 A. Hermann l. l. § 21, 33. Becker, Charikles I p. 394. 12) Ad 82 B. Cf. Ar. nub. 177. Plut. Marcell. 17, 6. 13) Plut. Alc. 17, 3. 14) Ad 71 C. 15) 76 E. 16) Ad 70 A. cf. 76 B. 17) 71 C *ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἴκαδε ἀπαγγέλλωμεν*; 18) 95 C. Supra p. 11 sq.

est ante mysteria<sup>1)</sup>; in quo dubium relinquitur utrum dicantur minora sacra, quibus mense Anthesterione ad Cereris fanum *ἐν Ἀργαῖς* mysteriorum decursus incohatur, an magna mysteria, quae a plenilunio Boedromionis mensis per quinos dies Athenis totidemque deinde Eleusini quotannis fiebant<sup>2)</sup>, nisi quis verba urgeat *ἀλλ' εἰ περιμέναις τε καὶ μυθήσεις*.<sup>3)</sup> Nam si liceret urgere iocose dicta<sup>4)</sup>, intellegenda sunt minora sacra et dialogus Anthesterione (Martio) mense habitus esse putandus est.

Anytum ab initio colloquii assedissee putat Schleiermacher<sup>5)</sup>; recte autem Schnitz<sup>6)</sup>: „Salutandi tantum formula: *Χαῖρε, ὦ φίλτατε Ἄνντε· εἰς καλὸν ἡμῖν ἦκεις* desideratur, alioqui statim videres hominem non ab initio praesto fuisse. Is enim si ab initio praesto fuisset et aures praebuisset Socrati et Menoni de virtute civili disputantibus, non potuit ignorare qua de virtute quaereretur nec quamdiu iam disputatum esset. Sed utrumque nescit. — Eodem refero *εἰς καλὸν ἡμῖν Ἄνντος ὄδε παρεκαθέζετο* et *εἰκότως δ' ἂν μεταδοῦμεν*.“<sup>7)</sup> Haec ille. Schaarschmidt<sup>8)</sup> autem arbitratur discedere Anytum postquam minitatus sit Socrati<sup>9)</sup>, non recte, ut videtur, siquidem *Ἄνντος ὄδε, τὸν ξένον τόνδε Ἄνντον* in dialogi fine<sup>10)</sup> significare videntur eum non procul abesse.

Non ita multo ante Socratis mortem Platonem hunc dialogum habitum finxisse ex eo elucet, quod Anytus, qui Socratem postea accusavit<sup>11)</sup>, Socrati non occulte minatur.<sup>12)</sup> Meno autem particeps fuit expeditionis Cyri, quare ante annum a. Chr. 401 eum Athenis fuisse oportet.<sup>13)</sup>

#### V. De personis dialogi.

Groen van Prinsterer, Platonica prosopographia. Lugd. Bat. 1823. p. 100 sq. 135 sq.

##### A. De Menone Thessalo.

Gedike, F., Disquisitio de Menone Thessalo.<sup>14)</sup>

Iis quae de Menone iam monuimus reliqua addimus, quae ex Platone et Xenophonte de eius vita et moribus depromere licet.

1) *ἀναγκαῖον ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων*, 76 E. 2) Momm- sen, Heortologie p. 222 sqq. 373 sqq. 3) 76 E. 4) Gorg. 497 C Socrates similiter ludens: *εὐδαίμων εἶ — ὅτι τὰ μεγάλα μεμύησαι ποῖν τὰ μικρὰ· ἐγὼ δ' οὐκ ἔμην θεμιτὸν εἶναι*. 5) II 1 p. 230. 6) Animadversiones in Menonem Platonis. Col. 1830. p. 3. 7) 89 E. 8) p. 348. 9) 94 E. 10) 99 E. 100 B. 11) Proll. ad apol. p. 24 sq. 12) 94 E. 13) De dialogi tempore cf. etiam quae de Anyto infra afferenda sunt. 14) Pla-



I. Plato Menonem Alexidemi filium<sup>1)</sup> Thessalum<sup>2)</sup> Gorgiae discipulum<sup>3)</sup> Anyti Atheniensis<sup>4)</sup> et regis Persarum patriam hospitem<sup>5)</sup> Aristippi Larisaei principis ex gente Aleuadarum amasium<sup>6)</sup> describit admodum adulescentem<sup>7)</sup>, pulchrum<sup>8)</sup>, divitem<sup>9)</sup>, nobili genere ortum<sup>10)</sup>, cui *ἐρασταί* *ἔτι εἰσίν*<sup>11)</sup>, et Socratem castigantem facit mores eius indulgentia corruptos. Dicit enim Socrates *σὺ σαντοῦ μὲν οὐδ' ἐπιχειρεῖς ἄρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ἦς, ἐμοῦ δὲ ἐπιχειρεῖς τε ἄρχειν καὶ ἄρχεις*<sup>12)</sup>, et *κἂν κατακεκαλυμμένος τις γνοίῃ, ὡς Μ., διαλεγόμενον σου, ὅτι καλὸς εἶ καὶ ἐρασταί σοι ἔτι εἰσίν, — ὅτι οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τυραννοῦντες, ἅτε τυραννεύοντες, ἕως ἂν ἐν ᾧρα ᾧσιν.*<sup>13)</sup>

tonis dialogi IV Meno Crito Alcibiades uterque. ed. V. cur. Ph. Buttmann, Berol. 1830. p. 2—4. Cf. etiam Stallb.<sup>1)</sup> p. XXIV sq., Ast p. 401, Steinhart II p. 91 sq., Susemihl I p. 78 sq., Munk p. 365 sq. 1) 76 E. 2) 70 AB. Videtur Pharsalium fuisse; nam nobili genti Pharsaliae nomen *Μένων* hereditarium erat. Anno a. Chr. 470 (Curtius, Griech. Gesch. II<sup>2</sup> p. 119), cum Cimo Eionem oppugnaret, Meno Pharsalium Atheniensibus duodecim talenta dono dedit et ducentos (Ps.-Dem. XIII 23) vel trecentos (Dem. XXIII 199) equites, clientes suos (*πενήστους ἰδίους* Dem. I. 1.) auxilio adduxit; quare Athenienses eum civitate (Dem. I. 1.) vel immunitate (*οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν μόνον* Ps.-Dem. I. 1.) donaverunt. Eiusdem gentis sine dubio est is, qui anno 431 equites Thessalos Atheniensibus adduxit ἐν Φαρσάλῳ *Μένων* (Thuc. II 22, 2). Verisimillimum est ex hac gente meritis et civitate cum Atheniensibus coniuncta etiam hunc Menonem ortum fuisse, qui Athenis commoratur Anyti Anthemionis filii patrius hospes, et hospitium factum esse ab Anthemione cum illo Menone, qui primo anno belli Peloponnesiaci in urbe a Lacedaemoniis oppugnata equitibus Thessalis praeerat (Thuc. I. 1.). Nam Anthemio coriarius dives erat et spectatus (90 A), divitias autem non acceperat hereditarias, sed ipse comparaverat (90 A *τῆ αὐτοῦ σοφία κτησάμενος καὶ ἐπιμελεία*); quare non verisimile est a maioribus cum nobili gente Thessala hospitium esse factum. Quare potius audiendus est Diog. La. II 50 *Μένωνα τὸν Φαρσάλιον τὸν ξεναγόν* quam Diodorus XIV 19, a quo inter Cyri conducticiorum duces enumeratur *τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας Μένων ὁ Λαρισαῖος*: nam quoniam Meno copiis praeerat ab Aristippo Larisaeo missis, vitii origo aperta est. Ex 70 B autem hand quaquam consequitur Larisaeum eum fuisse, ut putat Hunziker (Plat. opera ed. Didot. III p. 161); immo potius cum Socrates dicat *οἱ τοῦ σοῦ ἐταῖρον Ἀριστίππον πολῖται* (Larisaei), verisimilius est Menonem ipsum non fuisse Larisaeum. 3) 71 C 73 C 76 C 79 E 96 D. 4) 90 B 92 D. 5) 78 D, ubi v. ann. 6) 70 B *Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστίν Ἀρισταίπος.* 7) Quod elucet et ex moribus eius et ex eo quod pulcher et Aristippi amasius esse dicitur. Cf. Xen. an. II 6, 28 *παρὰ Ἀριστίππῳ ἔτι ᾠραλὸς ἂν στρατηγεῖν διεπράξατο τῶν ξένων*: quod factum est postquam Athenis domum rediit. 8) 76 B *ὅτι καλὸς εἶ.* 80 C. 9) 78 D 82 A 91 A. 10) 70 B 78 D. Cf. 71 B *καλός, πλούσιος, γενναῖος.* 11) 76 B. 12) 86 D. 13) 76 BC.

Eodem spectat quod in dialogi initio Meno verba fundens inducitur.<sup>1)</sup> Vanitas eius, quod pulchritudine et forma gaudet, perstringitur: *γιννώσκω οὐ ἔνεκά με ἤκασας. — ἵνα σε ἀντεικᾶσω. ἐγὼ δὲ τοῦτο οἶδα περὶ πάντων τῶν καλῶν, ὅτι χαίρουσιν εἰκαζόμενοι. λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς· καλὰ γάρ, οἶμαι, τῶν καλῶν καὶ αἱ εἰκόνες<sup>2)</sup>, item sapientiae venditatio, quam ipse describit: *μυριάκις γε περὶ ἀρετῆς παμπόλλους λόγους εἴρηκα καὶ πρὸς πολλοὺς, καὶ πάνν εὔ, ὡς γε ἐμαντῶ ἐδόκουν.*<sup>3)</sup> Ex Gorgiae igitur institutione magnum iam fructum percepisse videbatur; quare non mirum quod Socratis inscitiae eum miseret.<sup>4)</sup> Sapientia autem eius magis comparata est ad alios argute captandos<sup>5)</sup> et refutandos<sup>6)</sup>, quam ad veritatem indagandam; quare ab instituta quaestione deflectit ad aliam<sup>7)</sup> et praeter argutias ex sophistarum officina repetitas non multa profert. Poetae lyrici cuiusdam verba laudat<sup>8)</sup>, Theognidem poetam novit<sup>9)</sup>, Empedocleae doctrinae elementa quaedam cognita habet<sup>10)</sup>, geometricam demonstrationem, quam Socrates instituit, intellegit<sup>11)</sup>, in notionis autem unitate intellegenda mirifice haeret.<sup>12)</sup> Pulchris rebus gaudet easque appetit<sup>13)</sup>; videtur autem ei pulchra et bona esse haec sola, sanitas, divitiae, honores, magistratus, similia<sup>14)</sup>; quare et magnificentiam in virtutibus numerat<sup>15)</sup> et praeesse posse hominibus virtutem esse ponit<sup>16)</sup> et omnino eam appetit virtutem, quam Socrates his verbis describit: *οὗτος (Μ.) πάλαι λέγει πρὸς με, ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ἣ οἱ ἄνθρωποι τὰς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὐτῶν θεραπεύουσι καὶ πολῖτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαι τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ.*<sup>17)</sup> Virtutem igitur sectabatur non veram, sed eam, quam parit sui cupiditas et rerum suarum amor; quae effecerunt, ut postea perfidus suorum proditor exsisteret.*

II. Neque enim dubium esse potest<sup>18)</sup>, quin is, qui in hoc dialogo colloquens inducitur Meno Thessalus Aristippi principis Thessali amasius regis Persarum hospes, idem ille sit Meno Thessalus<sup>19)</sup> Aristippi principis Thessali

1) Ad 70 A. 2) 80 C. 3) 80 B. 4) 71 B, cf. 75 C *ἀλλὰ τοῦτο γε εὐήθης, ὦ Σ.* 5) 80 D. 6) 75 C, ubi fallacem definitionem callide refutat, plus quam credideris acuminis Platonem ei tribuisse censet Ast p. 401, Susemihl I p. 79. Sed cf. ann. 7) 86 C. 8) 77 B. 9) 95 D. 10) 76 C. 11) 82 B sqq. cf. 86 E sq. Ad erast. 132 B. 12) 72 C sqq. 13) 77 B. 14) 78 C. 15) 74 A. 16) 73 C. 17) 91 A. 18) Iam inde ab Athenaeo XI 505 A nemo dubitavit, quin eundem nobis Menonem Plato atque Xenophon proposuissent. 19) Xen. an. I 2, 6 al.



amasius<sup>1)</sup> Ariaei nobilis Persae hospes<sup>2)</sup> Cyri conductiorum dux non in ultimis, de cuius opera militari et prodicione, moribus, morte Xenophon<sup>3)</sup> haec memoriae prodidit.

Cum Cyrus per Phrygiam iter faciens Colossas venisset, Meno Thessalus, qui ab Aristippo Thessalo Cyri hospite militibus conducticiis praefectus erat<sup>4)</sup>, ad eum venit, secum ducens pedites mille gravis armaturae et caetratos quingentos, Dolopes Aenianes Olynthios.<sup>5)</sup> In lustratione exercitus Meno dextero Graecorum cornu praepositus erat<sup>6)</sup>; deinde in Ciliciam missus Epyxam reginam Cilissam comitatum quinque diebus ante Cyrum Tarsum pervenit, in itinere autem centum armatos amisit.<sup>7)</sup> Postea ad Euphratem cum Graeci reliqui de traiectu deliberarent et munera poscerent, ipse milites subdole cohortatus<sup>8)</sup> primus amnem traiecit et laudes cum

1) Xen. an. II 6, 28. 2) II 1, 5. 3) I 2, 6—II 6, 29. Praeter Xenophontem commemorandi sunt Ctesias, in cuius Persicorum fragmentis a Müllero collectis (append. editionis Herodoti Didot.) Menonis cum Clearcho simultas et proditio commemorantur fr. 58 et 60, Plutarchus, qui in vita Artaxerxis Ctesia auctore usus est, Menonis autem semel mentionem facit 18, 3, Diodorus, qui in Cyri expeditione enarranda (XIV 19 sqq.) multa attulit non ex Xenophonte deprompta, sed ex Ctesia (cf. c. 46) et Theopompo (cf. c. 84) ut videtur et ex Ephoro (ex quo nominatum c. 22). Menonis autem mentionem incit c. 19 et 27. Reliquorum notitia eius videtur ex Platone et Xenophonte repetita esse; quamquam libellum Menoni Gorgiae discipulo adscriptum fortasse cognitum habuit Hermogenes de ideis II 362 (Rhet. Gr. ed. Spengel v. II p. 395 lin. 21): ὁ τῶν σοφιστῶν (δεινὸς λόγος), λέγα τῶν περὶ Πῶλον καὶ Γοργίαν καὶ Μένωνα. — In proverbium abiisse Menonis nequitiam putat paroemiographus ap. Leutsch. vol. I. app. prov. IV 93 τὸ Θετταλὸν σόφισμα (Eur. Phoen. 1407): ἐπὶ τῶν σοφιστῶν καὶ κλονησάντων. ἀπὸ Μένωνος τοῦ τῷ Κύρῳ τῷ νεωτέρῳ συναναβάντος, ὃς προὔδακεν Ἀρταξέρξῃ τοὺς Ἕλληνας. Sed v. Klotz. ad Eur. I. l. et schol. ad Ar. Plut. 521: αἰὶ γὰρ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα, ἢ παροιμία φησὶν. Vollbrechti autem ann. ad Xen. an. II 6, 29 nescio qua auctoritate nitatur; perperam enim Rehdantz, Xenophons Anabasis, Einl. p. XXXVII huc refert Chariton. I 7. 4) II 6, 28 coll. I 1, 10. 5) I 2, 6. 6) I 2, 15. 7) I 2, 20—25. 8) Haec Xenophon eum dicentem facit I 4, 14 sq.: Ἄνδρες, ἐάν μοι πεισθῆτε, οὔτε κινδυνεύσαντες οὔτε πονήσαντες τῶν ἄλλων πλέον προτιμησέθε στρατιωτῶν ὑπὸ Κύρῳ. τί οὖν κελύω ποιῆσαι; νῦν δέεται Κύρος ἔπεσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ βασιλέα· ἐγὼ οὖν φημι ὑμᾶς χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν πρὶν δῆλον εἶναι ὅτι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινόνται Κύρῳ. ἦν μὲν γὰρ ψηφίζονται ἔπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἰτιοὶ εἶναι ὄξαντες τοῦ διαβαίνειν, καὶ ὡς προθυμοτάτοις οὖσιν ὑμῖν χάριν εἰσεται Κύρος καὶ ἀποδώσει· ἐπίσταται δ' εἴ τις καὶ ἄλλος· ἦν δ' ἀποψηφίζονται οἱ ἄλλοι, ἀπιμεν μὲν ἅπαντες τοῦμπαλιν, ὑμῖν δὲ ὡς μόνοις πειδομένους πιστοτάτοις χρῆσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λογαγίας, καὶ ἄλλου οὐτινος ἂν δέησθε οἶδα ὅτι ὡς φίλον τεύξεσθε Κύρῳ.

muneribus meruit<sup>1)</sup>; acie deinde instructa in sinistro cornu praepositus pugnavit.<sup>2)</sup> Post Cyri obitum rogatu suo particeps factus est eius legationis, quae Ariaeo regnum Persarum obtulit<sup>3)</sup>, et cum reliqui redirent, ipse cum Ariaeo hospite suo remansit<sup>4)</sup>, mox Clearcho suspectus, ne prodicionem moliretur et odia sereret<sup>5)</sup>: ὑπόπτειν δὲ (Clearchus) εἶναι τὸν διαβάλλοντα Μένωνα, εἰδὼς αὐτὸν καὶ συγγενημένον Τισσαφέρνει μετ' Ἀριαίου καὶ στασιάζοντα αὐτῷ<sup>6)</sup> καὶ ἐπιβουλεύοντα ὅπως τὸ στρατεύμα ἅπαν πρὸς ἑαυτὸν λαβῶν φίλος ἢ Τισσαφέρνει. Paulo post cum reliquis ducibus invitatus Tissaphernem in eius praetorio convenit<sup>7)</sup> et comprehensus cum illis ad regem missus est<sup>8)</sup> Babylonem<sup>9)</sup>, sed non supplicio affectus ut illi; Ctesias<sup>10)</sup> enim et Diodorus<sup>11)</sup> tradunt eum hac poena exemptum esse, Xenophon autem de eius interitu narrat haec<sup>12)</sup>: ἀποθυησκότων δὲ τῶν συστρατῆγων ὅτι ἐστράτευσαν ἐπὶ βασιλέα σὺν Κύρῳ, ταῦτα πεποιηκὼς οὐκ ἀπέθανε, μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὡς περὶ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτιμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅσπερ τάχιστος θάνατος δοκεῖ εἶναι, ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐναντὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τῆς τελευτῆς τυχεῖν. Apparet igitur Xenophontem ipsum non satis compertum habuisse, ultra morte interesset Meno, vi an perditus exspes morbo, Tissapherni posthac inutilis

1) Xen. an. I 4, 17. 2) I 7, 1. 8, 4. 3) II 1, 5. 4) II 2, 1. 5) II 5, 28. 6) Simultatis causam addit Ctesias de reb. Pers. fr. 58 Müller: Κλέαρχος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς ἦρχε τῶν Ἑλλήνων, καὶ Μένων ὁ Θετταλός, οἱ μετὰ Κύρῳ ἦσαν, αἰεὶ διάφοροι ἀλλήλοις ἐτύγχανον, διότι τῷ μὲν Κλέαρχῳ ἅπαντα ὁ Κύρος συννεβούλενε, τοῦ δὲ Μένωνος λόγος οὐδεὶς ἦν. Etiam inter Menonis et Clearchi militis discordia oriebatur, I 5, 11. 7) Ctesias auctor est (I. l. fr. 60) hunc dolum struxisse ipsum Menonem ὡς Τισσαφέρνης ἐπιβουλεύει τοῖς Ἕλλησι, καὶ προσεταιρισμένος Μένωνα τὸν Θεσσαλὸν δι' αὐτοῦ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγούς ἀπάτη καὶ ὄρκις ἐχειρώσατο, τοῦ Κλέαρχου καὶ προειδομένου καὶ ἀποκρουμένου τὴν ἐπιβουλήν· ἀλλὰ τὸ τε πλήθος διὰ Μένωνος ἀπατηθὲν κατηγάγκασε καὶ ἄνοκτα Κλέαρχον πρὸς Τισσαφέρνην παραγενέσθαι. Aliter Xen. II 5, 29 sq. 8) II 5, 31. 6. 1. Diodor. XIV 27. 9) Ctes. I. l. fr. 60. 10) I. l. fr. 60 et apud Plut. Artax. 18, 3: ἀποκτεῖναι πάντας πλὴν Μένωνος. 11) XIV 27: ἐκεῖνος δὲ (Artaxerxes) τοὺς μὲν ἄλλους ἀνείλε, Μένωνα δὲ μόνον ἀφήκεν· ἐδόκει γὰρ μόνος οὗτος στασιάζων πρὸς τοὺς συμμάχους προδώσειν τοὺς Ἕλληνας. 12) II 6, 29. Ex quibus elucet omnia fere finxisse Ariaeum quae dixit II 5, 38: Κλέαρχος μὲν... ἔχει τὴν δίνην καὶ τέθνηκεν, Πρόξενος δὲ καὶ Μένων, ὅτι κατήγγειλαν αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλήν, ἐν μεγάλῃ τιμῇ εἰσιν. Clearchus tum vivus custodiebatur (Plut. Artax. 18, 1), Proxenum autem ex supplicio non evasisse testantur Xenophon II 6, 16 (cf. 6, 1) et Ctesias apud Plut. I. l. 18, 3.



et cum contemptu destitutus, regi autem aequae ac reliqui odiosus.<sup>1)</sup>

Cum hac factorum indignitate atque infamia congruit morum imago a Xenophonte expressa<sup>2)</sup>: Μένων δὲ ὁ Θετταλὸς δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν μὲν πλουτεῖν ἰσχυρῶς, ἐπιθυμῶν δὲ ἄρχειν, ὅπως πλείω λαμβάνοι, ἐπιθυμῶν δὲ τιμᾶσθαι, ἵνα πλείω κερδαίνοι· φίλος τε ἐβούλετο εἶναι τοῖς μέριστον δυναμένοις, ἵνα ἀδικῶν μὴ διδοίη δίκην. ἐπὶ δὲ τὸ κατεργάζεσθαι ἂν ἐπιθυμοίη συντομοσάτην ᾗετο ὁδὸν εἶναι διὰ τοῦ ἐπιτορκεῖν τε καὶ ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν· τὸ δ' ἀπλοῦν καὶ τὸ ἀληθές τὸ αὐτὸ τῷ ἡλιθίῳ εἶναι. στέργων δὲ φανερός μὲν ἦν οὐδένα, ὅτῳ δὲ φαιή φίλος εἶναι, τούτῳ ἐνδηλος ἐγγίνετο ἐπιβουλεύων. καὶ πολεμίου μὲν οὐδενὸς κατεγέλα, τῶν δὲ συνόντων πάντων ὡς καταργεῶν ἀεὶ διελέγετο. καὶ τοῖς μὲν τῶν πολεμίων κτήμασιν οὐκ ἐπεβούλευε· χαλεπὸν γὰρ ᾗετο εἶναι τὰ τῶν φυλαττομένων λαμβάνειν· τὰ δὲ τῶν φίλων μόνος ᾗετο εἰδέναι ῥᾶστον ὄν ἀφύλακτα λαμβάνειν. καὶ ὅσους μὲν αἰσθάνοιτο ἐπιτορκεῖν καὶ ἀδίκους ὡς εὖ ὠπλισμένους ἐφοβεῖτο, τοῖς δ' ὁσίοις καὶ ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν ὡς ἀνάνδροις ἐπειράτο χοῦσθαι. ὥσπερ δὲ τις ἀγάλλεται ἐπὶ θεοσεβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, οὕτω Μένων ἠγάλλετο τῷ ἐξαπατᾶν δύνασθαι, τῷ πλάσασθαι ψευδῆ, τῷ φίλους διαγαλᾶν· τὸν δὲ μὴ πανούργον τῶν ἀπαιδευτῶν ἀεὶ ἐνόμιζεν εἶναι. καὶ παρ' οἷς μὲν ἐπεχειρεῖ πρωτεύειν φίλῃ, διαβάλλων τοὺς πρώτους τοῦτο ᾗετο δεῖν κτήσασθαι. τὸ δὲ περὶ τοῦ μόνου τοῦ στρατιώτου παρέχεσθαι ἐκ τοῦ συναδικεῖν αὐτοῖς ἐμνησανάτο. τιμᾶσθαι δὲ καὶ θεοραπέυεσθαι ἠέξιν ἐπιδεικνύμενος, ὅτι πλείστα δύναται καὶ ἐθέλει ἂν ἀδικεῖν. εὐεργεσίαν δὲ κατέλεγεν, ὅποτε τις αὐτοῦ ἀφίσταται, ὅτι χρώμενος αὐτῷ οὐκ ἀπάλεσεν αὐτόν.<sup>3)</sup> καὶ τὰ μὲν δὴ ἀφανῆ ἔξεστι περὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι, ἀ δὲ πάντες ἴσασι τὰδ' ἐστί. παρὰ Ἀριστίππῳ μὲν ἔτι ὠραῖος ἂν στρατηγεῖν διεπράξατο τῶν ξένων, Ἀρσίου δὲ βαρβάρῳ ὄντι, ὅτι μειρακίοις καλοῖς ἦδετο, οἰκειότατος ἔτι ὠραῖος ἂν ἐγένετο, αὐτὸς δὲ παιδικὰ εἶχε Θαρύπαν ἀγένης ἂν γενειῶντα. Vides Xenophontem abiectionem hominis animum omnibus vitiis cumulantem vituperationis atque infamiae memoria adeo exarsisse, ut magnae indignationi paria verba quaesisset, vix reperisset videatur; quo factum est ut Diogenes Laertius infensi

1) A. G. Becker, Xenofons Feldzug des Cyrus. Halle 1802. p. 107 ann. 2) II 6, 21 sqq. 3) Haec totidem verbis exscripsit Suidas s. v. Μένων; quae deinde sequuntur καὶ τὰ μὲν — γενειῶντα a Suida ommissa, ut insitiva seclisit Krüger.

erga illum animi eum insimularet: ἐχθρῶς δὲ διέκειτο (Xenophon) πρὸς Μένωνα τὸν Φαρσάλιον παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἀναβάσεως τὸν ξεναγόν· ὅτε καὶ λοιδορῶν αὐτόν φησιν αὐτοῦ μείζοσι κερχῆσθαι παιδικοῖς<sup>1)</sup>, similitatis autem cum Platone Dacier.<sup>2)</sup> Rectius vero iudicaveris Xenophontem iudicem fuisse voluntate integrum, sed indignatione non incorruptum ideoque fortasse non prorsus compotem veri.<sup>3)</sup>

#### B. De Anyto.<sup>4)</sup>

De Anyto Socratis accusatore scholiasta<sup>5)</sup>: οὗτος ὁ ἄνθρωπος Ἀνθεμίανος<sup>6)</sup> ἦν υἱὸς Ἀθηναῖος γένος Ἀλκιβιάδου ἐραστής<sup>7)</sup> πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς.<sup>8)</sup> Eum pater, vir dives et sapiens et qui prudentia et cura rem suam auxerat, bene educasse videbatur Atheniensium populo<sup>9)</sup>, quamquam non traditus erat sophistarum disciplinae<sup>10)</sup>, „fortasse propterea quod ab his maior institutionis merces posceretur, quam pro filio solvere placeret homini ad rem non mediocriter attento et qui omnes opes suas opere faciundo sibi comparavisset.“<sup>11)</sup> Quare cum nihilominus ad summos magistratus evectus esset<sup>12)</sup>, contemptum omnium artis civilis praeceptorum et importunam illam superbiam animo concepit, qua homines ἀυτόχθονες tumere solent, praeterquam quod re vera, sicut alii politici homines qui tum erant, persuasum habuit sophistas perni-

1) Diog. La. II 50. 2) Interpr. opp. Plat. vol. I p. 113.

3) Boeckh, De similitate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berol. 1819. p. 24: „Quae de Menonis moribus a Platone ac Xenophonte varie delineatis dicuntur, ea plane sunt nugatoria. Hic in anabasi subdolum et abiectionem hominis prodit animum: ille in cognomini dialogo ita instituit, ut vel in adolescente insolens ac superbum eluceret ingenium, nec natura optimum et ab improbo magistro Gorgia improbe eruditum; neque eum laudat, ut binis locis putat Athenaeus (XI 505 A 506 A), sed per totum librum irridet ac deludit facetissime, ac parum certe honorifice Anyto iungit, Socratis accusatori omnibus huius asseclis exoso. Et quid iudicemus de Dacierio, qui solo Platonis odio a Xenophonte acerbius exagitatum commiscitur Menonem, a Xenophonte inquam, quo non candidiorem animam, non ira seu studio minus commotam, non sinceriolem, non modestiorem, non constantiorem terra tulit? Ceterum licebit dubitare, utrum Platonicum Menonem ante scriptam anabasin legerit Xenophon, an huius expeditionem Cyri Plato ante editum Menonem. Meno dialogus non prodiit ante Ol. XCVI 3, cum dudum apud Persas occubisset Thessalus: anabasis Scyllunte scripta post Agesilai reditum ex Asia, incertum quot annis.“

4) De hoc ceterisque Socratis accusatoribus v. Wohlrab. proll. apol. p. 23 sqq. 5) Schol. apol. 18 B. 6) 90 A. Diod. XIII 64. Plut. Alc. 4, 4. 7) Plut. Alc. 4, 5. 8) Xen. apol. 29. 9) 90 A. 10) 92 B. 11) Verba Stallbaumi ed. I. proll. p. XXVIII. 12) 90 B, ubi v. ann.



ciem esse iuventutis et civitatis.<sup>1)</sup> Hac superbia et levitate iudicii<sup>2)</sup>, qua Menonem hospitem suum aequavit, causae odii in Socratem concepti notantur.

Diodorus<sup>3)</sup> de Anyto narrat haec. *Λακεδαιμόνιοι δὲ — ἐστράτευσαν ἐπὶ Πύλον* (a. Chr. 409) — *ἃ δὴ πυνθόμενος ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐξαπέστειλε τοῖς πολιορκουμένοις εἰς βοήθειαν ναῦς τριάκοντα καὶ στρατηγὸν Ἄνυτον τὸν Ἀνδελίανος. οὗτος μὲν οὖν ἐκπλεύσας καὶ διὰ τινὰς χειμῶνας οὐ δυνήθει τὸν Μαλέαν κάμψαι ἀπέπλευσεν εἰς Ἀθήνας. ἐφ' οἷς ὁ μὲν δῆμος ὀργισθεὶς καὶ κατακτασάμενος αὐτοῦ προδοσίαν μετέστησεν εἰς κρίσιν. ὁ δ' Ἄνυτος ἰσχυρῶς κινδυνεύων ἐρρύσατο χρημασί τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ πρῶτος Ἀθηναίων δοκεῖ δικαστήριον δωροδοκῆσαι.* Quae si tam nota fuerunt, quam notabile est capitis discrimen insignis in republica viri, fieri non potuit quin reminiscerentur qui legebant: οὗτος μὲν (Anytus) *εἴαν ποτε γνῶ, οἷόν ἐστιν τὸ κακῶς λέγειν, παύσεται χαλεπαίνων, νῦν δὲ ἄγνοεῖ.*<sup>4)</sup> Quamquam non erit qui eam ob causam credat Platonem decem annis ante Socratis mortem hunc dialogum habitum voluisse.<sup>5)</sup>

## VI. Num Meno Platoni iure adscribatur.

Menonem dialogum Aristoteles nominatim<sup>6)</sup> laudavit non addito nomine Platonis<sup>7)</sup>, tamen ut verisimillimum sit eum hunc dialogum a Platone non abiudicasse.<sup>8)</sup> Quin ipse Plato ad ea, quae in Menone exposita sunt,

1) Theag. 121 D 127 C. Susemihl I p. 77. 2) 92 C.  
3) Diod. XIII 64. 4) 95 A. Socher p. 186 ann. 5) Protagoras mortuus esse videtur anno a. Ch. 411 (ad 91 E); de quo Socrates (91 E): *ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὴν εὐδοκίμων οὐδὲν πέπανται.* Anno a. Ch. 404 Anytus a triginta tyrannis ex urbe expulsus est (Xen. Hell. II 3, 42), quorum tyrannidem ipse cum Thrasybulo evertit (Lys. XIII 78); ad quod exilium respici putat Munk p. 368. Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 482 alludi suspicatur ad Anyti vitae exitum: de quo neque inter se congruentia neque omnino probabilia memoriae produntur (Diod. XIV 37. Diog. La. II 43. Plut. de invid. 6. Themist. or. XX 239 C. Zeller II 1 p. 168 ann. 1). 6) Anal. pr. II 21, 7 *ὁ ἐν τῷ Μένορι* (81 D) *λόγος, ὅτι ἡ μάθησις ἀνάμνησις.* anal. post. I 1, 7 *τὸ ἐν τῷ Μένορι* (80 D) *ἀπόρημα συμβήσεται. ἡ γὰρ οὐδὲν μαθήσεται ἢ ἂ οἶδεν.* Praeterea ad Menonem (71 E) respici videtur polit. I 13 (I 5, 6), quem locum supra p. 15 attulimus. 7) Ita laudantur etiam dialogi Phaedo, Phaedrus, symposium, Gorgias, Hippias minor; Überweg p. 134 sqq. 200. 8) Nam Platonis doctrinam *ὅτι ἡ μάθησις ἀνάμνησις* non repetivisset e libro subditicio. Cf. etiam Zeller l. l. II 1 p. 392 sqq. Überweg p. 139 sq.

respicit in Phaedone dialogo<sup>1)</sup>, ubi Cebetem haec dicentem facit: *καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκείνόν γε τὸν λόγον, ὃ Σώκρατες, εἰ ἀληθὴς ἐστίν, ὃν σὺ εἰσθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὕσα<sup>2)</sup>, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη ποῦ ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι<sup>3)</sup>, ἃ νῦν ἀναμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν ποῦ ἡμῖν ἡ ψυχὴ, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἶδει γενέσθαι. ὅστε καὶ ταύτη ἀθάνατον ἡ ψυχὴ τι ἔοικεν εἶναι.*<sup>4)</sup> — *ἐνὶ μὲν λόγῳ καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι, εἴαν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσιν πάντα, ἢ ἔχει<sup>5)</sup>. καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα<sup>6)</sup> καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἶοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσιν. ἔπειτα εἴαν τις ἐπὶ τὰ διαγράμματα ἄγῃ<sup>7)</sup> ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει.* Quae argumentatio cum ea, quae in hoc dialogo est, re verboque tam evidenter concinit, ut aut ab imitatore quodam<sup>8)</sup> hoc Menonis argumentum ex Phaedone repetitum oporteat, aut nunquam explanatius ad sua verba Platonem respexisse appareat.<sup>9)</sup> Fuerunt autem et qui hoc et qui illud factum esse contenderent; nam cum Platonis esse hunc dialogum censerent viri docti Schleiermacher<sup>10)</sup> Socher Stallbaum<sup>11)</sup> Hermann Steinhart Susemihl Munk Überweg Zeller<sup>12)</sup> alii, imitatori eum tribuere maluerunt duo illi, qui non ita multos Platonis libros de supplicio exemerunt, Ast et Schaarschmidt.<sup>13)</sup> Quorum gravissimum argumentum est hoc, virtutis vim et naturam ratione a Platone prorsus aliena definiri 99 E: *ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε*

1) 72 E sqq. Etiam de rep. VI 506 C ad Menon. 97 A sqq. respici videtur; item fortasse symp. 202 A. Zeller l. l. II 1 p. 426, 4.  
2) Men. 81 D *τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν.* 3) Men. 86 A *δῆλον ὅτι ἐν ἄλλῳ τινὶ χρόνῳ εἶχε καὶ ἐμεμαθήκει.* 4) Men. 86 B *ἀθάνατος ἂν ἡ ψυχὴ εἴη.*  
5) Men. 85 B *ἔστιν ἦντινα δόξαν οὐχ αὐτοῦ οὗτος ἀπενοῦνατο;* 6) Men. 85 C *ἐνήσαν δὲ γε αὐτῷ αὐταὶ αἱ δόξαι.*  
7) Men. 82 B sqq. 8) Nam a Platone Meno dialogus post Phaedonem scriptus esse non potest; cf. supra p. 16 ann. 10 sqq.  
9) Schleiermacher II 3 p. 11 „vielleicht bestimmter und ausdrücklicher als irgend sonstwo auf ein früheres Werk“. Munk p. 389. 10) II 1 p. 229 sqq. II 3 p. 11. 11) ed. I p. LVIII sq. 12) l. l. II 1 p. 415. Reliqui locis supra p. 1 allatis. 13) Ast enim condemnavit leges Menonem Euthydemum Charmidem Lysidem Alcibiadem utrumque Menexenum Lachetem Hippiam utrumque Ionem Euthyphronem apologiam Critonem al., Schaarschmidt Parmenidem sophistam politicum Cratylum Philebum Euthydemum Menonem Hippiam minorem Euthyphronem Lysidem Lachetem Charmidem et in suspicionem vocavit apologiam et Critonem.



φύσει οὔτε διδασκόν, ἀλλὰ θεία μοίρα παραγιννομένη ἄνευ νοῦ<sup>1)</sup>, de quo si supra<sup>2)</sup> recte disputavimus, non opus est plura monere. Verum est autem quod uterque<sup>3)</sup> monet, Socratis obstetricia arte<sup>4)</sup> non generari, sed aperte puero suppeditari notiones, et immortalitatem animi probari argumentatione non valida<sup>5)</sup>, itemque quod Schaarschmidt<sup>6)</sup> vituperat, Socratem qui est in hoc dialogo eandem esse censere civilem et veram virtutem; quae tamen non valent ad suspicionem movendam.<sup>7)</sup> Neque reliqua quae ab illis afferuntur leviora<sup>8)</sup> detrahunt de auctoritate eaque Aristotelis testimonio confirmata libelli Platonico sermone conscripti et Platonis nomine traditi, in quo nihil inest hoc nomine indignum, nihil a Platonis doctrina alienum, multum autem Platonicae artis et venustatis.

## VII. Quo tempore Plato Menonem scripserit.

Huius quaestionis cardo est locus 90 A: Ἀνθεμίωνος, ὃς ἐρένετο πλούσιος οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου οὐδὲ δόντος τινός, ὥσπερ ὁ νῦν νεωστὶ εἰληφώς τὰ Πολυκράτους χορήματα Ἴσμηνίας ὁ Θεβαῖος. Neque enim dubium est quin ille dicatur Ismenias, qui etiam in libro de republica<sup>9)</sup> cum Periandro, Perdicca, Xerxe inter homines divites et potentes enumeratur, princeps Thebanorum potentissimus<sup>10)</sup> et una cum Leontiade praetor (πολέμαρχος) ab illis creatus.<sup>11)</sup> Erat enim princeps (ἀρχηγός) eius factionis (ἐταιρία), quae infesta Lacedaemoniorum imperio tuebatur potestatem Thebanorum<sup>12)</sup> ideoque in opprimendis triginta tyrannis Thrasymbulum et Anytum adiuverat.<sup>13)</sup> Ea factione Tithraustes

1) Ast p. 399 sq. Schaarschmidt p. 350. 2) p. 18 sqq.  
3) Ast p. 403. Schaarschmidt p. 362. 4) 82 B sqq. 5) 86 A. v. supra p. 16 sq. 6) p. 353: „nirgends ist uns im geringsten ange- deutet, dass der Träger des Dialogs, Sokrates, auch nur einen Zweifel hege an dem Zusammenfallen der politischen καλοκάγαθία und der Tugend im philosophischen Sinne des Worts.“ 7) Plud enim etiam in Phaedonis loco allato vituperari potest, haec autem est vera et Socratis et Platonis sententia, eandem esse veram civilem et philosophicam virtutem. Steinhart p. 109. 8) Carere libellum exordio (v. ad 70 A), plus quam par sit acuminis tribui Menoni 75 C (quod fortasse verum est; sed cf. supra p. 25), vituperari coloris definitionem 76 E a Platone in Timaeo probatam (cur h. l. vituperari debuerit v. ad l.), inauditum esse usum vocabulorum πόρος 78 D, εὐδοξία 99 B (v. ann.) al. Ast l. l. multa protulit, sed operose nihil egit. 9) De rep. I 336 A. 10) Diod. XIV 82 ὁ τῶν Βοιωτῶν ἀφηγούμενος Ἴσμηνίας. 11) Anno a. Ch. 382; Xen. Hell. V 2 25. 12) Xen. l. l. 13) Iustin. V 9.: Itaque Ismenias Thebanorum princeps etsi publicis non poterat, privatis tamen viribus adiuvabat.

satrapes, postquam intellexit bellum adversus Agesilaum auro potius quam armis gerendum esse, usus est ad bellum Lacedaemoniis in Graecia conflandum; de qua re Xenophon<sup>1)</sup> narrat haec: ὁ μέντοι Τιθραύστης — πέμπει Τιμοκράτην τὸν Ῥόδιον εἰς Ἑλλάδα (anno a. Ch. 395)<sup>2)</sup>, δὸς χρυσίον εἰς πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου. — ἐκεῖνος δ' ἐλθὼν δίδωσιν ἐν Θήβαις μὲν Ἀνδροκλείδα τε καὶ Ἴσμηνία καὶ Γαλαξιδῶρα, ἐν Κορίνθῳ δὲ Τιμοκράτη τε καὶ Πολυάνθει, ἐν Ἀργεὶ δὲ Κύλωνί τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. Huius autem dedecoris in se admissi Ismenias poenas solvit, cum Lacedaemonii Cadmea arce occupata alterius factionis principem de medio tollere constituissent proditionis causa illata (anno a. Ch. 382)<sup>3)</sup>, de qua Xenophon<sup>4)</sup> haec commemorat: τότε δὴ κατηγορεῖτο τοῦ Ἴσμηνίου καὶ ὡς βαρβαροῖσι καὶ ὡς ξένος τῷ Πέρσῃ ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ τῆς Ἑλλάδος γεγενημένος εἴη καὶ ὡς τῶν παρὰ βασιλέως χρημάτων μετεिल्φῶς εἴη καὶ ὅτι τῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι ταραχῆς πάσης ἐκεῖνός τε καὶ Ἀνδροκλείδας αἰτιώ- τατοι εἶεν.

Quodsi ad hanc pecuniam a Persis acceptam alludi a Socrate consentaneum est<sup>5)</sup>, post annum 395, neque ita multo post<sup>6)</sup>, Menonem scriptum esse oportet temporum ratione neglecta, quae Socratem ea, quae quattuor annis post eius mortem gesta erant, commemorantem fingi vetabat.<sup>7)</sup>

Fuerunt autem qui suspicarentur non semel illum regis largitione corruptum esse, sed aliquoties; eam enim pecuniam, quae Ismeniae obtigisset de quin- quaginta talentis, non potuisse dici τὰ Πολυκράτους

1) Xen. Hell. III 5, 1. 2) Cf. Curtius, Griech. Gesch. III<sup>2</sup> p. 168. 3) Cf. Curtius l. l. p. 244. 4) Hell. V 2, 35. 5) Nam δόντος τινός aperte largitionem indicant; alioqui nihil erat cur illa pecunia commemoraretur. Perstringitur autem facinus hominis cum Anyto partium studio coniuncti (p. 32 ann. 13). Quare non valet quod Winckelmanno placuit (Platonis Meno et Alc. I. Tur. 1839. p. X) non Samiorum tyranni divitias dici, sed Polycratis cuiusdam Thebani, de quo Photius s. v. πάντα λίθον κινεῖν: Πολυκράτει τῷ Θεβαίῳ χρησμός ἐξέπεσεν πριαμένῳ τόπον ἐνθα Μακρόνιος ἐσκήνωσεν, ὅτι Πέρσαι ἔφηνγον, εὐρεῖν χρυσόν. Qui ne abstulisse quidem quidquam videtur praeter oraculi responsum πάντα λίθον κινεῖ (schol. Ar. eq. 766 Dind.). — Cobet Collectanea critica p. 48: „Polycrates Thebanus nescio quis Ismeniam heredem scripserat.“

6) Nam post Menonem editum esse Theaetetum verisimile est, in quo ad bellum Corinthiacum alluditur. Zeller II 1 p. 353, l. 461 sq. Etiam idearum doctrina nondum inventa (v. supra p. 16) et sermonis simplicitate (Stallbaum<sup>1</sup> p. XLVIII) tempus indicatur Socratis morte non multo posterius. 7) Symp. 193 A alluditur ad rem gestam XIV annis post Socratis mortem, XXXII post sermones in Agathonis convivio habitos, Zeller, Über die Anachronismen in den platonischen Gesprächen. Berlin 1873. p. 80 sqq.



χοήματα.<sup>1)</sup> Non potuit sane nisi in maius extollendo; at quo tempore rumor ille percrebruit etiamne pecuniae summa nota erat? Immo fama 'vires adquiret eundo'.<sup>2)</sup> Et ut credibile sit Ismeniam maiorem<sup>3)</sup> pecuniam quam a Timocrate iam antea a Persis accepisse et bis acceptam innotuisse, tamen ante Agesilai expeditionem non est quod credamus Persam tam prodigum se praeuisse Thebano.<sup>4)</sup> Si vero ne ita quidem temporum ratio servatur, quid opus est inventis? Nam altero quod profertur; post Socratis mortem improbissimum hominem Anytum a Platone non potuisse cum Socrate familiariter disserentem induci<sup>5)</sup>, non video quid efficiatur.<sup>6)</sup> Quare recte videntur iudicare Schleiermacher<sup>7)</sup> Boeckh<sup>8)</sup> Hermann<sup>9)</sup> Munk<sup>10)</sup> Überweg<sup>11)</sup> Zeller<sup>12)</sup> non ita multo post annum a. Ch. n. 395 Menonem a Platone scriptum esse.

### VIII. De dialogi inscriptionibus.

Meno dialogus, quemadmodum Plato convenienter cum more et poetarum scenicarum et aliorum, qui Socraticos dialogos scripserunt<sup>13)</sup>, eum inscripsit *Μένων*, iam inde ab Aristotele<sup>14)</sup> hoc nomine laudatur ab iis, qui libelli mentionem faciunt, sicuti a Plutarcho<sup>15)</sup> Athenaeo<sup>16)</sup> Diogene Laertio<sup>17)</sup> Cicerone.<sup>18)</sup>

Altera autem inscriptio quam libri praebent *ἢ περὶ ἀρετῆς*, non addita est ab ipso Platone, sed recte distinguit Proclus<sup>19)</sup> inscriptiones *ἀρχαίας καὶ οὐ νεοθενυμένας* a

1) Socher p. 181 sq. Buttmann et Stallbaum ad 90 A. 2) Plut. apophth. Lac. 40 Artax. 20, 4 narrat Agesilaum, quia aureus Persicus sagittario erat signatus, dixisse *triginta milibus* sagittariorum a rege se ex Asia expelli; tot enim aureos *Δαρεινούς* Timocratem Athenas et Thebas tulisse. Triginta autem milia Darcorum sunt *centum talenta* argenti; nam *Δαρεινοὶ τρισχίλιοι* sunt *δέκα τάλαντα* Xen. an. I 7, 18. Plutarchus a Sochero Buttmanno Stallbaumio neglectus hanc certe dubitationem tollit. 3) Quamquam rex non debuit ignorare appetentiam crescere indulgendo et parvi aestimari minora beneficia oblata post maiora. 4) Überweg p. 226. Zeller II 1 p. 424, 1. 5) Socher p. 185. Steinhart p. 123. 6) Munk p. 362: „Gerade diese Milde des Sokrates gegen seine Ankläger ist der beste Beweis seiner Unschuld. — Plato durfte ihn nicht anders als mild gegen seine Verfolger darstellen.“ Cobet: „nulla esse potest controversia, quin haec post Socratis mortem scripta fuerint.“ V. supra p. 17 ann. 12. 7) II 1 p. 356. 8) In Minoem p. 46. 9) Gesch. u. Syst. I p. 481. 10) p. 361. 11) p. 226. 12) II 1 p. 461. 13) De Aeschinis dialogorum inscriptionibus cf. Diog. La. II 61, de Antisthene Diog. La. VI 15. Aliter Simo Socraticus, Diog. La. II 122 sqq. 14) Cf. supra p. 30 ann. 6. 15) Cons. ad Apoll. 36. De anima fr. 25 Dübner. 16) VII 95. 17) II 38. 18) Cic. Tusc. I 24, 57. 19) Proclus ad remp. p. 350 *ἀρχαία (ἢ ἐπιγραφῆ) καὶ οὐ νεο-*

recentiorum additamentis (*προσθέσεις τῶν νεωτέρων*)<sup>1)</sup>, quorum nonnulla haud quaquam idonea sunt ad librorum argumenta notanda, velut in Theage Phaedro<sup>2)</sup> symposio<sup>3)</sup>, aut inopia tulit, ut *νόμοι ἢ περὶ νομοθεσίας*. Quare alterae illae inscriptiones, quas a Platone additas esse arbitrabatur Thrasyllus<sup>4)</sup>, ex Alexandrinorum tabellis (*πίνακες*) videntur repetitae esse<sup>5)</sup>, inventae partim a scriptoribus, qui dialogorum argumenta significare maluerunt quam commemorare inscriptiones, partim a grammaticis ipsis.<sup>6)</sup>

Tertia denique inscriptio, quam cum Diogene<sup>7)</sup> libri aliquot huic dialogo ut Charmidi, Ioni, Euthyphroni, Theaeteto addunt, *πειραστικός*, profecta est a grammaticis, qui Platonis dialogorum duo genera distinxerunt, *τὸ ὑφηγητικόν* et *τὸ ζητητικόν*, item duo *τοῦ ζητητικοῦ*, *τὸ γυμναστικόν* et *τὸ ἀγωνιστικόν*, et *τοῦ γυμναστικοῦ* duo, *τὸ μαιεντικόν* et *τὸ πειραστικόν*.<sup>8)</sup>

### IX. De Menonis emendandi et interpretandi praesidiis.

Platonis dialogi ex rec. I. Bekkeri. part. I vol. I (Berol. 1816) p. VII sqq. part. II vol. I (ib. 1817) p. 323 sqq. Comment. crit. vol. I (ib. 1823) p. V sqq. 231 sqq.

Platonis quae supersunt opera. Textum ad fidem cod. Flor. Paris. Vind. al. recognovit G. Stallbaum (Lips. 1821 sqq. sumptibus I. A. G. Weigelii). Tom. III (ib. 1822) p. 203 sqq. X p. 361 sqq. XII p. III sqq.

Schanz, M., Novae commentationes Platonicae. Wirceburgi 1871.

— Studien zur Geschichte des platonischen Textes. Würzburg 1874.

Jordan, A., De codicum Platoniorum auctoritate. Jahrb. f. Philol. suppl. VII. 1874. p. 609—640.

Wohlrab, M., Über die neueste Behandlung des Platon-textes. I. Jahrb. f. Philol. 1876 p. 117—130. II. ib. 1881 p. 721—731.

Schanz, M., Über den Platocodex der Markusbibliothek in Venedig append. class. 4 Nr. 1. Leipzig 1877.

*θενυμένη καθάπερ ἄλλαι τῶν ἐπιγραφῶν προσθέσεις οὐσαι τῶν νεωτέρων τῆς ἔξουσίας ἀπολαύοντων.* 1) Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 560 ann. 24. 2) Schleiermacher I 1 p. 39. 3) Wolf ad symp. p. XXVIII. 4) Diog. La. III 57 sq. 5) Peipers, Untersuchungen über das System Platos. I p. 687. 6) Wohlrab, praef. ad Criton. p. 146. 7) Diog. La. III 59. 8) Diog. La. III 49.



Platonis opera quae feruntur omnia. Ad codices denuo collatos edidit M. Schanz. vol. VIII (Lips. 1881) p. 115 sqq.

Ad emendandum Menonem exhausti sunt libri duo:

ℳ codex Bodleianus<sup>1)</sup> (Oxonienis, Clarkianus, B Schanzii) membranaceus scriptus anno DCCCXCVI, collatus a Gaisfordio<sup>2)</sup> (ℳ<sup>5)</sup> et Schanzio (ℳ<sup>5)</sup>.

† cod. Venetus append. class. 4 cod. 1<sup>3)</sup> (T Schanzii) membr. saec. XII<sup>4)</sup>, fortasse etiam antiquior<sup>5)</sup>, collatus a Schanzio.

Diligenter collati a Bekkero duodecim:

Γ cod. Coislinianus 115 bombycinus bibliothecae nationalis Parisiensis saec. XIV vel XV.<sup>6)</sup>

Δ cod. Vaticanus 225 membr. 7), quem potius saeculi XV quam XII<sup>8)</sup> esse suspicatur Schanz.<sup>9)</sup>

Ξ cod. Venetus 184 membr. 10) saec. XV.<sup>11)</sup>

Σ " " 189 (a Stallb.) bombyc.<sup>12)</sup> saec. XII.<sup>13)</sup>

Τ " Vindobonensis 31 (21 Nessel., 2 Stallb.), membr.<sup>14)</sup>, collatus et a Bekkero (Τ<sup>c)</sup> et a Bastio (Τ<sup>a</sup>).

B cod. Parisiensis 1808 bombyc.<sup>15)</sup> saec. XIII.<sup>16)</sup>

C " " 1809 membr. 17)

E " " 1811 chartaceus saec. XIV ineunt.<sup>18)</sup>

F " " 1812 " " XIV.<sup>18)</sup>

r cod. Ambrosianus 56 bombyc.

δ cod. Palatinus Vaticanus 173 membr. antiquior saeculo XII.<sup>19)</sup>

r cod. Vaticanus 1029<sup>ab</sup> membr. 20) saec. XII.

Plus minusve diligenter collati septem, quorum unum (1) contulit Iacobus Bast, reliquos Franciscus de Furia.<sup>21)</sup>

1 cod. Vindobonensis 54.<sup>22)</sup>

a cod. Laurentianus 59, 1 (z Bekkeri) bombyc. saec. XIV.<sup>23)</sup>

1) Descr. Schanz, nov. com. p. 105 sq. 2) Lectiones Platonicae. Oxon. 1820, quas Bekker repetivit. 3) Descr. Schanz, Platocod. p. 1 sqq. 4) Schneider, praef. civ. I p. XXXI. Schanz l. l. 5) Schanz, N. Rhein. Mus. 33 (1878) p. 303. Jordan, Göttinger gel. Anz. 1879 p. 41. 6) Schanz, Philologus 35 (1876) p. 662 sq. N. Rhein. Mus. 32 (1877) p. 483 sq. Platocodex p. 40 sqq. 7) Schanz, Studien p. 2 sqq. 8) ib. p. 56. 9) Philol. 35, 368. 10) Schanz, Studien p. 4. Peipers, Quaest. crit. de Plat. leg. p. 3. Jordan, Hermes 12 (1877) p. 170 sq. 11) Schneid. praef. civ. I p. XXX. Jordan, De cod. Plat. auct. p. 639. 12) Jordan, Hermes 12 p. 170 sq. Schanz, Platocodex p. 89 sqq. 13) Morelli ap. Jordan, De cod. Plat. auct. p. 640. 14) Jordan, De cod. Plat. auct. p. 612. Schanz, Platocodex p. 89 sqq. 15) Schanz, Hermes 11 p. 104 sqq. Jahrb. f. Philol. 1877 p. 488 sq. 16) Jordan, Göttinger gel. Anz. 1879 p. 41. 17) Schanz, Studien p. 2. Hermes 11 p. 109. 18) Jordan, De cod. Pl. auct. p. 639. 19) Jordan, Gött. gel. Anz. 1879 p. 40. 20) Schanz, Studien p. 8 sq. Peipers l. l. p. 3 sq. 21) Quorum collationes edidit Stallbaum (ed. Weigel.). 22) Bast, Krit. Versuch über den Text des Plat. Gastmahls p. XIII sqq. 23) Schneider, praef. civ. I p. XXXIV. Schanz, Studien p. 8.

Concedit Euthyphro; at hoc neminem deorum dubitare contendit, quin, si quis iniuste aliquem necaverit,

1) 3 E — 4 D. 2) 4 E — 5 C. 3) τὸ ὄσιον. 4) ἔχον μίαν τινὰ ἰδέαν. 5) τί φησὶ εἶναι τὸ ὄσιον καὶ τὸ ἀνόσιον; 5 C — D. 6) 5 D — 6 A. 7) 6 A — E. 8) 6 E — 8 B.

poena luenda sit sonti. At enim reos quoque Socrates ostendit non audere dubitare in iudiciis, quin nocentes poenam commuerint, immo vero negare se deliquisse; item deos quin sonti poena luenda sit non dubitare, sed dissidere cum idem alii iure, alii iniuste factum esse contendunt. Quod vero quomodo posse ostendi, omnes deos mercenarium homicidam in vinculis neglectum iniuste periisse arbitrari aut dare interfectoris filio in patrem caedis actionem? Quod se tamen Euthyphroni largiri; atqui magis tum futurum esse ut didicerit quid ipsum sit et impium? Quare se missam facere hanc quaestionem.<sup>1)</sup>

Iam Euthyphroni placet pium esse id, quod omnes dii ament, quod omnes oderint impium. Ad quam definitionem perpendendam Socrates ostendit, sicuti gesta ducta visa non ideo vel gerantur vel ducantur vel videantur, quia gesta ducta visa sint, immo contraria ratio valeat, ita id, quod amatum sit, non quia amatum sit amari, sed quia ametur esse amatum; pium autem Euthyphro concedit quia pium sit amari, non quia ametur esse pium. Quodsi ex illo efficiatur id, quod diis carum sit, carum esse quia ametur, non quia carum sit amari, Socrates concludit non licere verbo mutato pro caro diis ponere pium; recte enim dici, pium quia pium sit amari, non recte, carum quia carum sit amari. Aperuisse igitur Euthyphronem non pietatis vim et naturam, sed affectionem<sup>2)</sup> quandam.<sup>3)</sup>

Conatu deturbatus Euthyphro animo deficit; artificioso Socratis videri sibi ambulare neque consistere quaecumque posuerit. Socrates invitum se esse artificem fatetur; omni enim opera se anniti, ut dicta sibi maneant; invitat Euthyphronem, ut una secum opera data pietatis aditum sibi monstret.<sup>4)</sup>

Primum quidem, sicut verecundia<sup>5)</sup> pars timoris sit et impar numeri, ita pietatem esse iustitiae partem Socrates ponit, Euthyphro concedit; omne enim pium esse iustum, non omne iustum pium.<sup>6)</sup>

Deinde quaerendum esse Socrates docet, quaenam pars iusti pium sit. Euthyphro statuit pium eam esse iusti partem, quae ad curationem<sup>7)</sup> deorum pertineat. Socrates cunctatur; omnem curationem ad commodum rei curatae spectare, quo melior fiat; etiamne pietate deos fieri meliores?<sup>8)</sup>

Euthyphro eam dicit curationem, qua servi dominos

1) 8 B — 9 D. 2) 11 A πᾶθος τι, relationem quam dialectici dicunt. 3) 9 E — 11 B. 4) 11 B — E. 5) αἰδώς. 6) 11 E — 12 D. 7) 12 E θεραπείαν. 8) 12 D — 13 D.



curent; Socrates contra quaerit, cum omne ministerium ad aliquod opus exsequendum pertineat, quod opus dii hominibus ministris usi exsequantur. Multa pulchra, inquit Euthyphro; porro autem interrogatus quaenam ea sint, refugit ad novum inventum.<sup>1)</sup>

Si quis grata diis sciat et dicere et facere precans et sacrificans, haec ait esse pia, haec servare et privatas domos et civitates. Socrates respondet multo brevius illum pietatis summam dicere potuisse, nisi, cum iam in eo esset ut se doceret, deflexisset; nunc vero illum pietatem dicere scientiam quandam esse sacrificandi et precandi. Sacrificare autem esse donare diis, precari orare illos; atque sicut recte orare sit ea orare, quae nos desideremus, ita recte donare esse ea donare, quae illi desiderent. Quodsi mercatura quaedam sit pietas mutuumque cum diis commercium, docendum esse quae sint illa, quae dii ab hominibus accipiant.<sup>2)</sup>

Euthyphro respondet diis prodesse non posse quae offerantur, sed cultum ea esse et honores et gratiam. Grata igitur Socrates statuit diis esse hominum dona et cara, et pium id quod diis carum sit; ita per orbem rediri ad definitionem antea refutatam.<sup>3)</sup>

Quare de integro rursus considerandum esse, quid sit pium; neque enim priusquam didicerit de studio se remissurum. Euthyphro autem ne iteretur quaestio in praesens recusat; deficere tempus; properare se aliquo.<sup>4)</sup>

## II. Dispositio dialogi.

### A. Exordium.

Socrates impietatis reus Euthyphronem piaculum expiantem, cum utriusque magni intersit quaerere quid pium sit, ad quaestionem secum instituendam adducit.<sup>5)</sup>

Primum exponitur, qua occasione Socrates Euthyphronem convenerit; deinde

a. agitur de Socrate reo. Socrates narrat, quam litem Meletus sibi intenderit.<sup>6)</sup>

Etiam Euthyphro homo rerum divinarum peritus queritur iniurias Atheniensium; qui tamen in Socratem et Euthyphronem diverso sunt animo.<sup>7)</sup>

b. Agitur de Euthyphronis actione patri illata. Euthyphro narrat rerum divinarum sapientia se commoveri, ut patri caedis actionem intendat.<sup>8)</sup>

1) 13 D — 14 A. 2) 14 A — 15 A. 3) 15 A — C. 4) 15 C sqq.  
5) 2 A — 5 D. 6) 2 A — 3 B. 7) 3 B — E. 8) 3 E — 4 D.

Socrates tam insolentis sapientiae expers rogat, ut ille se faciat eius participem.<sup>1)</sup>

c. Quaestio proponitur. Socrates pietatis notionem definiendam describit<sup>2)</sup> et ipsam definitionem ex Euthyphrone elicit.<sup>3)</sup>

### B. Definitiones.

Euthyphro primum suo arbitrio, deinde Socrate adiuuvante in pietate definienda frustra versatur.<sup>4)</sup>

#### I. Euthyphronis definitiones.

Prima definitio. Pium est id, quod ego nunc facio, impium ulcisci quisquis ille est, non ulcisci impium.<sup>5)</sup>

Argumentum. Ad hoc enim praeceptum ipsi dii agere existimantur.<sup>6)</sup>

Refutatio. Vulgi opiniones Socrates quamvis sibi offensioni sint tamen Euthyphroni largitur; at non pietatis exemplum erat proferendum, sed pium ipsum.<sup>7)</sup>

Altera definitio. Pium est id, quod diis carum est, quod invisum impium.<sup>8)</sup>

Refutatio. Inimicitiae, quas Euthyphro deorum esse dicit, non nascuntur nisi cum eadem alii iusta, alii iniusta esse putant; iusta autem diis cara sunt, iniusta invisae. Quare eadem diis cara simul et invisae esse necesse est; impium autem omnis pii contrarium esse concessum est.<sup>9)</sup>

Contradictio. At hoc nemo deorum dubitabit, quin peccanti poena luenda sit.<sup>10)</sup>

Refutatio. Quod ne homines quidem dubitant; dubitant autem et homines et dii, si modo dubitant dii, num aliquis peccaverit. Quare hoc monstrandum erit, omnes deos de hac re consentire, peccavisse patrem et recte agere Euthyphronem.<sup>11)</sup>

Quod si monstratum erit, tamen quid pium sit nesciunt; quare hoc Socrates Euthyphroni remittit.<sup>12)</sup>

Tertia definitio. Pium est id, quod omnes dii amant, impium quod omnes oderunt.<sup>13)</sup>

1) 4 E — 5 C. 2) 5 D οὐ τὰυτόν ἐστιν ἐν πάσῃ πράξει τὸ ὄσιον ἀπὸ αὐτῶ, καὶ τὸ ἀνόσιον ἀπὸ τοῦ μὲν ὄσιον παντὸς ἐναντίον, αὐτὸ δὲ αὐτῶ ὅμοιον καὶ ἔχον μίαν τινὰ ἰδέαν κατὰ τὴν ἀνοσιότητα πάν, ὅτιπερ ἂν μέλλῃ ἀνόσιον εἶναι; 3) 5 D.  
4) 5 D — 15 C. 5) 5 DE τὸ μὲν ὄσιον ἐστὶν ὅπερ ἐγὼ νῦν ποίῳ, τῷ ἀδικοῦντι ἢ περὶ φόνοισ ἢ περὶ λεσάν κλοπᾶς ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐξαμαρτάνοντι ἐπεξίεναι, ἐάν τε πατήρ ἂν τυγχάνῃ ἐάν τε μήτηρ ἐάν τε ἄλλος ὄστισσῶν, τὸ δὲ μὴ ἐπεξίεναι ἀνόσιον.  
6) 5 E — 6 A. 7) 6 A — E. 8) 6 E ἐστὶ τοίνυν τὸ μὲν τοῖς θεοῖς προσφιλὲς ὄσιον, τὸ δὲ μὴ προσφιλὲς ἀνόσιον. Cf. 7 A. Facile perspicitur quomodo haec definitio ex priore orta sit. 9) 7 A — 8 B. 10) 8 B. 11) 8 B — 9 A. 12) 9 C. 13) 9 D ὃ μὲν ἂν πάντες οἱ θεοὶ μισῶσιν, ἀνόσιον ἐστὶν, ὃ δ' ἂν φιλοῦσιν ὄσιον.



Refutatio. Monstratur Euthyphronem indagasse non pietatis vim et naturam<sup>1)</sup>, sed affectionem sive relationem quandam.<sup>2)</sup>

a. Exemplis docetur, si quid patiatur aliquid, id quia patiatur patiens esse, non quia patiens sit pati; ex quo consequitur ut amatum quia ametur amatum sit, non quia amatum sit ametur. Porro Euthyphro concedit<sup>3)</sup> pium quia pium sit amari, non quia ametur pium esse.<sup>4)</sup>

b. Duo concessa inter se coniuncta efficiunt ut intellegatur diversas esse notiones ipsas a suis affectionibus.<sup>5)</sup>

Transitio. Euthyphronem animo deficientem Socrates adducit, ut se adiuvante rem denuo obeat.<sup>6)</sup>

## II. Socratis et Euthyphronis definitiones.

Quarta definitio. Pietas est ea pars iustitiae, quae ad ministerium diis praestandum pertinet.<sup>7)</sup>

a. Quae ratio inter genera et partes generibus subiectas intercedat Socrates exemplis illustrat;<sup>8)</sup>

item pietatem partem iustitiae esse Euthyphro concedit.<sup>9)</sup>

b. Pietas est ea pars iustitiae, quae ad deorum curationem pertinet.<sup>10)</sup>

Contradictio. Curatione res meliores fiunt; dii non fiunt meliores.<sup>11)</sup>

c. Deorum curatio ea est, qua servi dominos curant.<sup>12)</sup>

Omne ministerium ad aliquod opus exsequendum pertinet; dii autem quod opus exsequuntur?<sup>13)</sup>

Quinta definitio. Pietas est scientia sacrificandi et precandi.<sup>14)</sup>

a. Pia sunt dona diis grata precando et sacrificando oblata; haec servant et privatas domos et civitates.<sup>15)</sup>

b. Dona diis oblata sunt cultus, honores, gratia.<sup>16)</sup>

Cf. 9 E. Euthyphro priorem definitionem emendat. 1) οὐσίαν.

2) πάθος τι. 9 E — 11 B. 3) 10 D. Pium quia pium sit a diis amari verum est, sed non probatur. Steinhart p. 196.

4) 9 E — 10 D. 5) 10 D — 11 A. Cf. ad 10 D. 6) 11 B — E.

7) 11 E — 14 A. 8) 12 A — C. 9) 12 D. 10) 12 E τοῦτο

τοῖν ἐμοίγε δοκεῖ τὸ μέρος τοῦ δικαίου εἶναι εὐσεβές τε καὶ

ὄσιον, τὸ περὶ τὴν τῶν θεῶν φεραπέλειαν· τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν

ἀνθρώπων τὸ λοιπὸν εἶναι τοῦ δικαίου μέρος. 11) 13 A — C.

12) 13 D ἥπερ οἱ δούλοι τοῦ δεσπότου φεραπέουσιν. 13) 13 D

— 14 A. 14) 14 C τί δὴ αὐ λέγεις τὸ ὄσιον εἶναι καὶ τὴν ὄσιό-

τητα; οὐχ ἐπιστήμην τινὰ τοῦ θύειν τε καὶ εὐχεσθαι; Ἐγώγε.

15) 14 B ἐὰν μὲν κηραρισμένα τις ἐπίσταιται τοῖς θεοῖς λέγειν

τε καὶ πράττειν εὐχόμενός τε καὶ θύων, ταῦτ' ἐστὶ τὰ ὄσια, καὶ

σῶζει τὰ τοιαῦτα τοὺς τε ἰδίους οἴκους καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων·

τὰ δ' ἐναντία τῶν κηραρισμένων ἀσεβῆ, ἃ δὴ καὶ ἀνατρέπει

ἅπαντα καὶ ἀπόλλυσιν. 16) 15 A τιμὴ τε καὶ γέρα καὶ ὅπερ

ἐγὼ ἄρτι ἔλεγον χάρις.

Refutatio. Ex quo efficitur pium id esse, quod diis gratum et carum sit; quae definitio antea refutata est.<sup>1)</sup>

## C. Conclusio.

Invito Socrate Euthyphro conatu desistit fiducia depulsus et proposito.<sup>2)</sup>

## III. Quo consilio Plato Euthyphronem scripserit.

In Euthyphrone conscribendo Platonis consilium fuit, ut exemplo Euthyphronis vatis cum Socrate de pietatis notione et praeceptis disputantis monstraret Socratem et voluntatis humanitate, quam ille ad verae pietatis praecepta conformasset, et dialectica arte, qua sola duce veram pietatis notionem indagari posse Plato censebat, adeo superasse et sacrarum fabularum superstitiosos, quorum nomine in crimen vocatus erat, et iudices vulgari de rebus divinis opinione imbutos, ut ex omni reprehensione et invidia superior prodiret unice sapiens et sanctus.<sup>3)</sup>

1. Nulla enim opinione praesumpta perlustrantibus libellum hoc primum in conspectu est omnibus, Platonem, quod in aliis dialogis effecerit, ut Socratem cum variae sapientiae auctoribus et doctoribus colloquentem inducens aequalium inscitiam et errores castigaret, Socratem autem verae sapientiae et virtutis laude ornaret, id hoc quoque libro fecisse ita, ut monstraret aequae distare a profano vulgo et ab hominibus omnibus sacris initiatis Socratis sinceram atque veram pietatem. Quare in hoc dialogo a Socrate et opiniones vulgi respuuntur, quae quidem deorum iustitiae et dignitati officiant et mores ad hoc exemplum formatos depravent<sup>4)</sup>, et Euthyphronis vana sapientia exploditur, qui fabulari doctrina imbutus pro-

1) 15 B — C. 2) 15 D — 16. Cf. ad 15 E. 3) Susemihl, I p. 125 dialogi summam his verbis comprehendit: „Als eigentlichen Zweck wird man darnach dies angeben müssen, an den Widersprüchen der Volksreligion die wahre Frömmigkeit dahin zu bestimmen, dass sie mit der wahren Philosophie identisch erscheint zu dem Ende, dass die Ethik in der Theologie und Ideenlehre ihren tiefen wissenschaftlichen Rückhalt zu finden hat“; Ribbing autem (Genetische Darstellung der plat. Ideenlehre, II. Leipzig 1864. p. 108 ann.) censet „dass in ihm das besondere Sokratisch-apologetische Element zugleich hervortritt, welches ihn im Vergleich mit jenen (Charmides, Laches) näher an die Apologie und den Kriton rückt.“ Steinhart p. 200: „Er ist das erste Glied der drei durchaus praktischen und apologetischen Schriften, die sich auf den Process des Sokrates beziehen.“ 4) 6 A — C. 8 AB. Cf. De rep. II 378 A οὐδὲ λεκτέον νέω ἀκούοντι, ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν φαναστὸν ποιοῖ, οὐδ' αὖ ἀδικούντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δροφῆ ἂν ὑπερ θεῶν οἱ πρώτοί τε καὶ μέγιστοι. Wohlrab p. 7.



ponitur doctae aequalium superstitionis exemplar. Cuius si vana erat sapientia, quanto magis putemus ceterorum?<sup>1)</sup>

Quod argumentum fieri non potuit quin Plato ita tractaret, ut eo uteretur ad illustrandam impietatis actionem Socrati illatam notandamque et accusatorum protervitatem et invidiam, et iudicis vulgi perversitatem opinionum et inertiam; de qua re, si libellus perditus esset, vix quisquam dubitaret. Accedit autem quod in ipso dialogo haud occulte hoc Platonis consilium indicatur.<sup>2)</sup>

Nam primum quidem, postquam in ipso exordio Euthyphro actionem Socrati illatam ut rem inexpectatam et inauditam admiratus est, Meleti accusatoris protervitatem notata et ipsa lite copiose enarrata<sup>3)</sup> legentium indignatio adeo movetur, ut Socratem impietatis reum de pietate verba facere semper memoria tenerent, etiamsi minus de industria Plato eam rem iterum atque iterum protulisset et per totum dialogum iactavisset.<sup>4)</sup> Ex quo etiam intellegitur, quorsum Plato spectet, cum Euthyphronem faciat Socratem non modo laudantem, sed praedicantem quasi civitatis columnen et Larem familiarem<sup>5)</sup> et ad Socratis litem suscipiendam ipsum promptum et paratum<sup>6)</sup>, hominem non modo religiosum, sed sceleris expiandi causa ipsum patrem ulturum.<sup>7)</sup> Ita enim apparet crimina in Socratem collata aut ex falsissimis opinionibus conflata esse<sup>8)</sup> aut ex ira alicunde orta.<sup>9)</sup>

1) Stallbaum p. 138. Steinhart p. 191. Wohlrab p. 7. Lehrs, Platos Phaedrus und Gastmahl p. XVI. 2) Unus quod sciam Yxem hoc Socratis defendendi consilium ab hoc dialogo omnino abiudicavit p. 8 sq.: „so ist jeder Erwartung, dass nebenher apologetische Zwecke verfolgt werden dürften, vorgebeugt, jeder Anlass, noch etwas zur Verteidigung des Sokrates zu sagen, ist abgeschnitten. Die Ansicht, dass Platon kurz vor oder kurz nach dem Tode des Sokrates seinen Lehrer habe rechtfertigen wollen, ist erst durch Tennemann aufgekommen. Selbst Serranus hat noch nicht daran gedacht.“ Cf. Susemihl p. 119. Ceterum hoc tantum ambigitur, quantum Plato huic consilio tribuerit. 3) 2 A — 3 B. Qua narratione nisi ad Socratem defendendum omnino non opus fuit. 4) 3 D οὐδὲν ἂν εἴη ἀηδὲς παίζοντας καὶ γελώντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγαγεῖν. 5) A — B πρὸ τῆς γραφῆς τῆς πρὸς Μέλητον αὐτὰ ταῦτα προκαλεῖσθαι αὐτὸν, λέγοντα κτλ. 5 C ἐμὲ δὲ οὕτως ὀξέως καὶ ὀργῆως κατείδεν, ὥστε ἀσεβείας ἐγράψατο. 6) A ἀρὰ γε τοῦτ' ἔστιν, οὐ ἔνεκα τὴν γραφὴν φεύγοντα κτλ. 12 E ἴνα καὶ Μελίτῳ λέγομεν μηκέθ' ἡμᾶς ἀδικεῖν μηδὲ ἀσεβείας γράφασθαι. 15 E ὡς — καὶ τῆς πρὸς Μέλητον γραφῆς ἀπαλλάξομαι, ἐνδειξάμενος ἐκεῖνα ὅτι σοφὸς ἦδη παρ' Εὐθύφρονος τὰ θεῖα γέγονα. Stallbaum p. 139. 5) 3 A ἀτεχνῶς γὰρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἐστίας ἀρχεσθαι κατοργεῖν τὴν πόλιν, ἐπιχειροῦν ἀδικεῖν σέ. 6) 5 BC, ubi v. ann. 7) Wohlrab p. 7. 8) 6 A ἀρὰ γε τοῦτ' ἔστιν, οὐ ἔνεκα τὴν γραφὴν φεύγοντα, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπειδὴν τις περὶ τῶν θεῶν λέγη, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι; Stallbaum p. 134. 9) apol. 23 E. Wohlrab praef. apol. p. 18 sqq.

Accedit quod Socrates eo, quod Euthyphronem patrem ulturum aliorumque religiones captiose fallentem<sup>1)</sup> ab impio incepto revocans<sup>2)</sup> simul et laesae pietatis erga parentes vindex et aliorum periclitantis religionis defensor existit, non parum explanate defenditur a sophisticae nequitiae insimulatione, qua eum filios in parentes reddere seditiosos dicitabant<sup>3)</sup>, id quod Aristophanes testatur<sup>4)</sup> et Xenophon.<sup>5)</sup> Immo potius veram pietatem Socrates docet, idque non mercedula adductus ut illi, sed humanitate<sup>6)</sup>; corruptores autem morum sunt vates, poetae<sup>7)</sup>, pictores<sup>8)</sup>, omnes denique, quicumque accusatoribus suffragantur.

Etiam quod difficultas eiusmodi causas intellegendi et diiudicandi ubi accusatoris et iudicum mentio fit non inficete significatur<sup>9)</sup>, ideo factum esse videtur, quod in impietatis actione haec proxima cura occurrebat, scirentne indices et ipse accusator pietatem, quid esset, et morum perniciem.<sup>10)</sup>

2. Verumtamen quod Euthyphrone conscribendo Plato effecit, illis criminibus refutandis non continetur, sed cum hoc simul sibi proposuisset, ut monstraret philosophicam rationem, qua factum esset ut Socrates et in pietate ipsa cognoscenda et in vita ad eius praecepta instituenta aequales superaret, ex pietatis notione dialectica arte tractata hunc duplicem fructum percipimus, ut et ipsa pietatis notio, quae non sit quaeque recte habenda sit, illustretur et aequalium ad dialecticam exercendam inertia demonstrata artis logicae elementa quaedam enucleentur.

1) 5 E μέγα σοι ἐρῶ τεκμήριον τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει, ὃ καὶ ἄλλοις ἤδη εἶπον, ὅτι ταῦτα ὁρθῶς ἂν εἴη οὕτω γιγνόμενα, μὴ ἐπιτρέπειν τῷ ἀσεβοῦντι μηδ' ἂν ὁστισοῦν τυγχάνῃ ἂν. 2) 4 E οὐ φοβεῖ δικάζόμενος τῷ πατρὶ, ὅπως μὴ, αὐτὸν σὺ ἀνόσιον πράγμα τυγχάνῃς πράττων; 15 D εἰ γὰρ μὴ ἤδη σθὰ σαφῶς τὸ τε ὄσιον καὶ τὸ ἀνόσιον, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ποτε ἐπεχειρήσας ὑπὲρ ἀνδρὸς θητὸς ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα διωκᾶσθαι φονον, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἂν ἐδεισας παρακινδυνεύειν — καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἡσχύνθη. 3) Stallbaum p. 140. 4) Ar. nub. 1325. 1409 Phidippides Socratis discipulum patrem verberans iure illum vapulare ostendit. 5) Mem. I 2, 49 — 55. Cf. Euthyd. 299 A. Stallbaum praef. Euthyd. p. 38. 6) φιλεῖν-θροπία. 3 D φοβοῦμαι μὴ ὑπὸ φιλεῖν-θροπίας δοκᾶ αὐτοῖς ὃ τι περὶ ἔξω ἐκνεχυμένως παντὶ ἀνδρὶ λέγειν, οὐ μόνον ἄνευ μισθοῦ, ἀλλὰ καὶ προστιθεὶς ἂν ἠδέως, εἰ τις μὲν ἐθέλοι ἀκούειν. 7) 6 B. 8) ibid. 9) 2 C οὐκ ἀγεννή, ἔμοιγε δοκεῖ τὸ γὰρ νέον ὅττα τοσοῦτον πράγμα ἐγνωμέναι οὐ φαῦλον ἔστιν. ib. κινδυνεύει σοφὸς τις εἶναι. 3 B εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς. De Euthyphronis actione 4 A ἡ ἦ ποιν ἀγνωεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν ὅπη ποτὲ ὁρθῶς ἔχει. 9 B ὅτι σοι δοκᾶ τῶν δικαστῶν δυσμαθέστερος εἶναι. 10) Socher p. 90.



a. Primum enim Euthyphronis definitionibus refutatis non inter Graecos solum vulgatae de pietate opiniones dissolvuntur. Nihil sane vetuit timere, ne homines fanatici cum Euthyphrone pium esse rati impium ulcisci quisquis ille esset, etiam inter parentes et liberos domesticae seditio- nes concitarent; qui si refelluntur, tamen haudquaquam negatur pium omnis impietatis inimicum esse et impietatem impugnare esse partem ministerii pro salute et privatarum domorum et civitatum diis praestandi. Etiam ubi emendatiorem pietatis definitionem Euthyphro pro- fert, pium esse id, quod omnes dii ament, quamquam pietatem minime definivit, tamen non falsa omnino sensit<sup>1)</sup>; pium enim diis carum esse Socrati tam consentaneum est, ut monstrandi labore supersedeat.<sup>2)</sup> Quare prima quidem et tertia disquisitione Euthyphronis commenta ad dialecticam normam potissimum exiguntur, secunda<sup>3)</sup> autem docetur, praecepta moralia non ex fabulari historia esse suspensa.<sup>4)</sup> Ita Euthyphro ex animo remisso et languenti<sup>5)</sup> per tres gradus in eam consilii inopiam deicitur, quam speciosa usus similitudine ipse describit, omnia sibi di- cens quasi vertigine correpto ambulare videri neque con- sistere quaecumque posuerit.<sup>6)</sup> Palmari enim artificio So- cratis eo deductus est, ut nihil se scire intellexerit<sup>7)</sup> et sapientiae initiis iam imbui possit.

1) Bonitz p. 220: „Euthyphron spricht für die Frömmigkeit diejenige Erklärung aus, welche gewiss mit ihm jeder Hellene würde gegeben haben und welche ebenso zu allen Zeiten auf un- mittelbare Zustimmung rechnen darf: fromm sei das Gott Wohl- gefällige.“ 2) Cf. supra p. 142, 3. Eodem disputatio redit 15 B.

3) Socratis de altera definitione disquisitio, qua Euthyphronis sententiam, pium esse id quod dii ament, ita refutat, ut ex fabulis Euthyphroni quidem, non autem sibi probatis ostendat eadem diis et cara et invisa esse posse, sane magnam offensionem haberet, nisi Plato hoc ipsum monstrare voluisset, fabulas illas etiam vulgatae illi notioni repugnare; ipsa autem definitio utrum recte se habeat necne, tum demum examinatur 9 E—11 B. Cf. Bonitz p. 220: „Wir legen in diesen Gang nichts fremdartiges hinein, wenn wir sagen, dass dadurch die Definition von den Zu- fälligkeiten befreit wird, welche in dem speciellen Inhalte irgend welcher volkstümlichen religiösen Vorstellungen liegen; es würde ja auf dasselbe hinauslaufen, ob man *δσιον* erklärt als das *δ' ἀν πᾶσι τοῖς θεοῖς προσφιλὲς ἢ* oder *δ' ἀν τῷ θεῷ προσφιλὲς ἢ*. Erst gegen die so von anhaftenden Zufälligkeiten gereinigte De- finition richtet sich der entscheidende Gegensatz des Sokrates durch den Nachweis, dass sie leer ist.“ Ita etiam apparet Euthy- phronem non tres, sed duas definitiones revera diversas protulisse.

4) Viet. Cousin, Oeuvres de Platon I p. 5: „ce n'est pas dans des dogmes religieux qu'il faut chercher le titre primitif de la légitimité des vérités morales.“ Stallb. p. 138. 5) 11 E 12 A *τρυφῆς ὑπὸ πλοῦτου τῆς σοφίας. ἀλλ', ὡ μακάριε, ξύντινε σαιόν.* 6) 11 B. 7) Cf. apol. 21 B sqq.

Incipit igitur altera rei tractatio, qua vera definitio dialectica ratione incohatur et rei capitibus arcessitis omnibus tantum non absolvitur<sup>1)</sup>; neque enim Euthy- phroni Plato hoc tribuere potuit, ut quaestionem palam ad exitum et veritatem adduceret, neque Socrati Euthy- phronis sapientiae alumno.<sup>2)</sup> Ostenditur autem exemplo verecundiae praecipue, quam partem timoris esse appareat<sup>3)</sup>, item pietatem partem esse iustitiae<sup>4)</sup>; deinde, partem esse eam, quae ad ministerium diis praestandum pertineat.<sup>5)</sup> Quare hoc tantum restat, ut doceatur, quaenam sint illa *πολλὰ καὶ καλὰ*<sup>6)</sup>, quae dii hominibus ministris usi exsequantur; quod si doceatur, definitionem incohataam absolvi et consummari iam inde a Sochero<sup>7)</sup> omnes fere<sup>8)</sup> perspexerunt, qui huic quaestioni operam navarunt. Quae- rentium autem, quomodo lacuna expleretur, anceps diu certamen stetit, cum alii alia aut commenticia fingerent aut ex reliquis Platonis libris peterent, alii ex Euthy- phrone ipso<sup>9)</sup>, donec ostenderetur in ipso dialogo occulte

1) Contraria est Schleiermachi sententia p. 37: „man kann im Euthyphron weder eine fortschreitende Berichtigung der allgemeinsten ethischen Ideen nachweisen, noch auch, wenn man bei dem einzelnen Begriff stehen bleiben will, der den unmittel- baren Gegenstand der Untersuchung ausmacht, finden sich hier solche indirekte Andeutungen, welche den aufmerksamen Leser hinreichend mit der Ansicht des Verfassers bekannt machen; son- dern sowohl die Beschränktheit des Zwecks als die bloss skeptische Behandlung des Gegenstandes liegt hier ganz deutlich zu Tage.“ Quam sententiam amplexi sunt, qui Euthyphronem a Platone abiudicaverunt Ast, Überweg, Schaarschmidt; infra p. 155.

2) 5 AC 6 B 9 A 15 E al. Arnold p. 47 sq. 3) 12 C *μόριον αἰδῶς δέους*. Aptissime in quaestione de pietate instituta etiam de verecundia disputatur idque ex Stasini fragmento, quod est de deorum verecundia. Steinhart p. 197. Quamquam Munk p. 453 non recte iudicavit hanc ansam a Platone dari ad definitionem ipsam investigandam. 4) 11 E 12 D *μόριον τοῦ δικαίου τὸ ὄσιον*. 5) 12 B—13 D. 6) 13 E. 7) p. 62. „Gott dienen ist Religion: giebt es einen Zweck der Gottheit, ein erhabenes Werk, zu dessen Vollführung sie die Menschen als Mitarbeiter aufruft? Welches ist dieses? Hier liegt der Schlüssel! Cf. 13 E cum apol. 30 A.“ 8) Omnes sane praeter Munkium (v. ann. 3.), Stru- vium (p. 7: „a deorum cognitione omnem de pietate pendere notionem“), C. F. Hermannum p. 640: „Vgl. 14 D, wo unstreitig die ächt platonische Definition dieses Begriffs gewonnen wird, *ἐπιστήμη ἄρα αἰτήσεως καὶ δόσεως θεοῖς ἢ ὀσιότης ἀν εἶη ἐκ τοῦδε τοῦ λόγου* (vgl. Plut. v. Aemil. c. 3).“ Cf. autem 14 B: *οὐ πρόθυμός με εἰ διδάξει· δηλὸς εἰ. καὶ γὰρ νῦν, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτῷ ἦσθα, ἀπετρόπον· ὁ εἰ ἀπεκρίνω, ἰκανῶς ἀν ἡδὴ παρὰ σοῦ τὴν ὀσιότητα ἐμεμαθήκη.* Plutarchi verba *μαρτυ- ρῆσαι τοῖς φιλοσόφοις, ὅσοι τὴν εὐσέβειαν ὠρίσαντο θεραπειας θεῶν ἐπιστήμην εἶναι*, ad Stoicos referenda sunt, quorum de- finitio est (Diog. L. VII 119): *εἶναι δὲ τὴν εὐσέβειαν ἐπιστήμην θεῶν θεραπειας.* 9) Arnold (1835) p. 65: „Errichtung des



significata latere, quae cum philosophi sententia ex posterioribus eius libris deprompta optime convenirent. Nam quae in libris de republica, de legibus, Timaeo de deo hominum curam gerente et omnium bonarum rerum auctore disputantur, ad unum omnia redeunt, quod conceptis verbis quam brevissime definitur de rep. II 380 C *μη πάντων αἴτιον τὸν θεόν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν*<sup>1)</sup>; Euthyphro autem interrogatus: *τῶν πολλῶν καὶ καλῶν, ἃ οἱ θεοὶ ἀπεροῦνται, τί τὸ κεφάλαιόν ἐστι τῆς ἐργασίας;* respondet<sup>2)</sup>: *καὶ ὀλίγον σοὶ πρότερον εἶπον, ὃ Σωκράτης, ὅτι πλείονος ἔργον ἐστὶν ἀκριβῶς πάντα ταῦτα, ὡς ἔχει, μαθεῖν· τὸδε μέντοι σοὶ ἀπλῶς λέγω, ὅτι ἐὰν μὲν κεχαρισμένα τις ἐπίστυγται τοῖς θεοῖς λέγειν τε καὶ πράττειν*

Vernunftreiches auf Erden, oder nach christlicher Ausdrucksweise: des Himmelreichs.“ Similiter Michael (1871) p. 66: „Mundi gubernatio ea, qua omnes ad deorum similitudinem perducantur.“ — Stallbaum (1836) p. 139: „Plato si voluisset institutam quaestionem ad finem usque perducere, nihil aliud quam bonum sive boni ideam a deis spectari haud dubie ostensurus fuerat. Id quod unumquemque satis edocebunt quae libro X Legum exeunte et in Timaeo non uno loco disseruntur.“ Münscher (1859) p. 32: „Offenbar ist mit jenem herrlichen Werk die Förderung des wahrhaft Guten und Gerechten gemeint.“ Ad quorum sententiam accedens Bonitz (1875) p. 221 sq. ex Timaeo et Republica (308 C) haec promittit: „dass nichts anderes als das Gute auf die göttliche Causalität zurückgeführt werden dürfe, — dass Frömmigkeit nichts anderes ist als die vollendete Sittlichkeit, nur unter der Form, dass sich der Mensch bewusst ist, hierdurch das dienende Organ für das göttliche Wirken zu sein.“ — Steinhart (1851) p. 197: „Die Frage enthält gewissermassen schon die Antwort; sie konnte wohl kaum eine andere sein, als dass die Gottheit vermittelt der Tugend und besonders durch jene königliche Kunst der Staatsleitung, von welcher im Euthydemus und Menon die Rede war, uns zu Mitarbeitern an der Verwirklichung der höchsten Güter machen wolle.“ — Susemihl (1855) p. 115: „Offenbar soll die Bemerkung, dass auch jede einzelne menschliche Thätigkeit vieles Schöne wirkt, ein Fingerzeig sein, auch hier die Kategorien des Allgemeinen und Besondern anzuwenden, nämlich in der göttlichen Thätigkeit den gemeinsamen Zusammenhalt der menschlichen, und als ihr Werk nicht die Schönheit des Einzelnen, sondern die des Weltganzen, der physischen und besonders sittlichen Welt in ihrer harmonischen Ordnung zu erkennen. An ihr soll der Mensch Mitarbeiter, Selbstveredlung und Menschenbildung mithin der höchste Gottesdienst sein.“ — Georgii (1856) p. 200: „die Tugend, die sittliche Lebensbildung“; item E. Hermann (1861) p. 6. — Yxem (1842) p. 19: „diejenige Art der Gerechtigkeit, die das Gerechte im Dienste der Gottheit hervorbringt und pflegt.“ — Collmann (1870) p. 26: „Gerechtigkeit im Dienste der Gottheit, welche diesen dazu benutzt, den Menschen zu bessern und zu heben, durch ihn die Sittlichkeit zu gründen und zu erhalten“; similiter Walsler (1866) p. 18, itemque Lechthaler (1879) p. 27. 47. — Cf. etiam p. 147 ann. 3. 7. 8. — Apparet nonnullos parum curasse meliora, quae ante eos prolata erant. 1) Bonitz p. 222. 2) 14 B.

*εὐχόμενός τε καὶ θύων, ταῦτ' ἐστὶ τὰ ὄσια, καὶ σφῆζει τὰ τοιαῦτα τοὺς τε ἰδίους οἴκους καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων· τὰ δ' ἐναντία τῶν κεχαρισμένων ἀσεβῆ, ἃ δὴ καὶ ἀνατρέπει ἅπαντα καὶ ἀπόλλυσιν.* Censet igitur Euthyphro pietate servari et privatas domos et civitates; Socrates autem, postquam omnia, quae Euthyphro protulit, examinavit et refutavit, hoc unum silentio praetermittens non refellit, quin immo affirmat, ubi de deorum mutuo cum hominibus commercio agit<sup>1)</sup>: *ἃ μὲν γὰρ διδάσκει, inquit, παντὶ δήλον· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἀγαθόν, ὃ τι ἂν μὴ ἐκείνοι δῶσιν.* Quare Wohlrab, qui hoc primus perspexit, opus illud, quod dii hominibus ministris usi exsequantur, esse dicit *τὴν τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῆς πόλεως σωτηρίαν.*<sup>2)</sup> Salus enim et privatorum et civitatum est bonum sive idea boni, quam Stallbaum<sup>3)</sup> et Bonitz<sup>4)</sup> a diis spectari ex Platonis doctrina recte statuunt, ad effectum adducta.<sup>5)</sup> Quod autem non Socrati, sed Euthyphroni Plato hoc tribuit, ut verum etsi non intellexeret, tamen sentiret quodammodo et significaret, nemo mirabitur, qui Platonis consuetudinem noverit.<sup>6)</sup> Quin etiam reliqua, quae Euthyphro protulit, pietatem esse scientiam quandam sacrificandi et precandi<sup>7)</sup>, haud quaquam aliena sunt; nam etsi piorum non est, diis sacrificia tamquam ad mercaturam offerre et flectere illos precibus et largitionibus<sup>8)</sup>, tamen pietas precibus et sacris carere non potest.<sup>9)</sup>

b. Praeterea cum Plato in Euthyphronis vana sapientia traducenda et vera pietatis definitione investiganda simul ostendet dialecticae rationis praestantiam, qua et vulgati erroris causae perspicuntur et ad notionum veritatem aditus monstratur, factum est ut nonnulla dialecticae artis elementa tam accurate explicarentur, ut etiam minutius minuta scrutatus esse Plato videri possit; quod

1) 14 E. 2) Wohlrab p. 8. Proxime huc accessit Steinhart p. 197 (cf. supra p. 147 ann. 9). 3) Cf. supra p. 147 ann. 9. 4) ibid. 5) Wohlrab praef. p. IX. Definit. 414 E *ἀγαθόν τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς ὄσι.* 6) Schleiermacher I 1, p. 217: „Was in seiner Unschuld Laches über das Wesen der sittlichen Weisheit sagt, — dies ist der rechte Schlüssel zu der platonischen Theorie der Tugend. — Welches beiläufig bemerkt nicht der einzige merkwürdige Fall ist, der die gewöhnliche Behauptung sehr beschränkt, dass Platon seine Meinung immer durch den Sokrates kund thue, oder sonst durch die als die weiseste sich auszeichnende und den Dialog leitende Person.“ 7) 14 C. 8) De legg. X 505 D sqq. 9) Cic. de nat. deor. I 41, 116: Est enim pietas iustitia adversum deos: — sanctitas autem est scientia colendorum deorum. Steinhart p. 226: „Die Worte (Ciceros) unterscheiden treffend die innere und die äussere Seite der Frömmigkeit, deren Unterschied auch in unserm Gespräche angedeutet wird.“



argumentum, quo etiam Euthyphronem a Platone ab iudicaret, Astii<sup>1)</sup> in dialogis condemnendis acrimoniam non fugit. Tria autem sunt, quibus Platonem pondus tribuisse copiosior argumentatio indicio est; notionum unitas, vulgata in notionibus definiendis vitia, recte definiendi ratio.<sup>2)</sup>

Pietatis notionem unam esse et semper eandem Socrates docet interrogans<sup>3)</sup>: „omni in actione pium nonne idem est et sui ipsius simile (*ταῦτόν αὐτό αὐτῷ*), atque impium rursus omnis pii contrarium, sui ipsius autem simile (*αὐτό αὐτῷ ὁμοιον*) et una specie (*μίαν ἔχον ἰδέαν*) quatenus impium est?“ Eodem respiciens paulo post<sup>4)</sup> dicit se quaerere non unum quiddam de piis multis, sed illam ipsam speciem (*εἶδος*), qua omnia pia pia sint.<sup>5)</sup> Concessisse enim Euthyphronem, una specie (*μῆ ἰδέα*) impia esse impia et pia pia; quam doceat, Socrates rogat, ut in illam intuens (*ἀποβλέπων*) et usus ea tamquam exemplari (*παραδείγματι*) Euthyphro pia ab impiis discernat. Docet igitur Socrates, notionis unitatem positam esse in illa pietatis idea (*ιδέα, εἶδος*)<sup>6)</sup>, quae omnium rerum piarum communis sit, ut ad hoc exemplar pia internosci possint ab impiis.

Dialecticae autem artis imperitorum, cum alicuius rei notio ex iis quaeritur, frequens hoc est vitium, ut aut exemplum aliquod notionis loco afferant<sup>7)</sup>, aut unam ex eius affectionibus sive relationibus quas dialectici dicunt.<sup>8)</sup> Prima definitione Euthyphronem pii exemplum (*ἐν τι τῶν πολλῶν ὁσίῳν*) attulisse Socrates copiose ostendit 5 D, altera affectionem quandam 10 A — 11 B: *κινδυνεύεις — τὴν μὲν οὐσίαν μοι αὐτοῦ οὐ βούλεσθαι δηλώσαι, πάθος δέ τι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὃ τι πέπονθε*

1) Ast p. 471. 2) De logicae artis elementis in hoc dialogo expositis optime disputavit Arnold p. 48 sqq., cf. etiam C. F. Hermann p. 480. Collmann p. 15 sqq. 3) 5 D. 4) 6 DE. 5) Cf. Menon. 70 C 72 DE 74 B. 6) Haec artis vocabula, *ιδέα* et *εἶδος*, h. l. prorsus eadem esse vi vel ex eo apparet, quod ii, qui discrimen aliquod investigasse sibi visi sunt, contraria protulerunt. Ad h. l. Arnold p. 51: „*ιδέα* reiner, *εἶδος* abgezogener Begriff“; item Susemihl p. 112: „der subjective Begriff, *εἶδος*, — die objective Grundgestalt, *ιδέα*“, et Munk p. 455: „(es wird) sprachlich der rein logische Begriff (*τὸ εἶδος*) von der ethischen Idee (*ιδέα*) geschieden“; contra Steinhart p. 225: „keine wesentlich verschiedene Bedeutung — indem *εἶδος* ganz plastisch den allgemeinen Begriff objectiv als eine uns gegenüberstehende Gestalt, *ιδέα* subjectiv als den geistigen Blick darstellt, mit welchem wir den Begriff in seiner Totalität überschauen und in uns aufnehmen.“ Cf. Zeller II 1 p. 552, 2: „Einen Unterschied in der Bedeutung beider Ausdrücke haben Aeltere und Neuere vergeblich auszumitteln gesucht.“ 7) Cf. supra p. 21, 6. 8) Gorg. 448 CE.

*τοῦτο τὸ ὄσιον*. Affectionum autem magnus numerus esse potest; 11 B *τί ποτε ὄν τὸ ὄσιον εἴτε φιλεῖται ὑπὸ θεῶν εἴτε ὀτιδὴ πάσχει*;

Contra ad pietatis fines arte dialectica constituendos docetur primum, quae ratio intercedat inter genera (12 C *ἐπὶ πλεόν δέος αἰδοῦς*) et partes (*μέρια, μέρη* 12 C — E) generibus subiectas; deinde Socrates definitionem incohat ita, ut a pietatis notione ad genus proximum ascendens (12 D *μέριον τοῦ δικαίου τὸ ὄσιον*) quaerat, qualis pars eius generis pietas sit (12 D *τὸ ποῖον μέρος ἂν εἴη τοῦ δικαίου τὸ ὄσιον*); in respondendo autem verba ambigua, quale est *θεραπεία*<sup>1)</sup>, aut evitanda aut ita circumscribenda esse docet, ut definitio perfecta et absoluta evadat.

#### IV. Qua occasione dialogus habitus esse putandus sit.

E gymnasio illo, in quo Plato Theaetetum dialogum paulo ante Socratis mortem<sup>2)</sup> habitum fingit<sup>3)</sup>, Socrates colloquio finito discedens *νῦν μὲν οὖν*, inquit, *ἀπαντητέον μοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοάν ἐπὶ τὴν Μελήτου γραφήν, ἣν με γέγραπται*<sup>4)</sup>; hunc autem dialogum Euthyphro incipit interrogans: *τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν Ἀνκίῳ καταλιπὼν διατριβὰς ἐνθάδε νῦν διατρέβεις περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν*; Quare Munk<sup>5)</sup> coniecit Platonem Theaetetum et Euthyphronem dialogos eodem die habitos esse voluisse; recte fortasse, etsi haud quaquam constat, quot dies in Socratis accusatione instruenda (*ἀνακρίσει*) consumpti sint.<sup>6)</sup> Ceterum Plato, quemadmodum alios quoque dialogos convenienter cum re proposita exornavit, ita Socratem impietatis accusatum haec de pietatis notione ad porticum regiam<sup>7)</sup> disputantem consulto fecit.<sup>8)</sup>

Quamquam et indocti vulgi et theologorum de pietate notiones exagitantur, tamen non opus erat compluribus personis, quibuscum Socrates sermones conferret, quia Platonis aetate theologi vulgaris superstitionis participes erant<sup>9)</sup>; quare Euthyphro, etiamsi ipse persuasum habet longe se praestare vulgo hominum<sup>10)</sup>, tamen

1) 12 E. 2) Theaet. 142 C *ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου*. 3) ib. 144 C. 4) ib. 210 D. 5) p. 441. 6) Cf. Wachsmuth, Hellen. Altertumskunde II<sup>2</sup> p. 269 sqq., Hermann, Griech. Staatsaltert. § 142. 7) Cf. ad 2 A. 8) Collmann p. 11 ann. 9) 5 E *αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες κτλ.* 10) 5 A *οὐδὲ τῶ ἂν διαφέρῃ Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ κτλ.*



utrosque repraesentat.<sup>1)</sup> Neque quisquam tacens coram colloquentibus stat vel ambulat; mirum est enim quod Yxem<sup>2)</sup> putat verbum διατριβειν<sup>3)</sup> indicio esse, Socratem comitante adulescentium caterva<sup>4)</sup> ad tribunal venisse.

Hermogenes<sup>5)</sup> testis est Socratem reum de qualibet re dicere maluisse, quam de causa sibi illata; quare nemo mirabitur, quod etiam ad regis porticum de pietatis notione disputans commoratur.

### V. De Euthyphrone vate.

W. Groen van Prinsterer, Platonica prosopographia. Lugd. Bat. 1823. p. 170 sqq.<sup>6)</sup>

De Euthyphrone vate praeter ea, quae Plato in Euthyphrone et Cratylo<sup>7)</sup> dialogis prodidit, certi nihil comperimus; nam quae Plutarchus<sup>8)</sup>, Numenius<sup>9)</sup>, Diogenes Laertius<sup>10)</sup> de eo narrant perpauca, fluxisse videntur ab ipso Platone<sup>11)</sup>, qui breviter vitam, copiosius mores hominis illustravit.

Euthyphro Atheniensis oriundus ex pago Prospaltis<sup>12)</sup> tribus Acamantidis<sup>13)</sup> aliquamdiu colonus in insula Naxo<sup>14)</sup> cum patre<sup>15)</sup> agripeta<sup>16)</sup> fundum coluit possessionis ipse ut videtur particeps<sup>17)</sup>; relicta autem insula<sup>18)</sup> patri seni<sup>19)</sup>, qui Naxi mercennarium vinolentum servi interfectorem

1) Steinhart p. 194 sq. 2) p. 4 sq. 3) 2 A. 4) Yxem p. 5: „mit der ganzen Schule“. 5) Apud Xen. mem. IV 8, 4: πάντα μᾶλλον ἢ περὶ τῆς δίκης διαλεγόμενον. 6) V. etiam Ast p. 271 sqq., Hermann p. 641. Weclowski p. 10 sq. 7) Crat. 396 D—428 C. 8) De genio Socr. c. 10; v. infra. 9) Apud Euseb. praep. ev. XIII 5 (651 A): γράφειν ὑποτεινόμενος ὁ Πλάτων περὶ τῆς θεολογίας τῆς τῶν Ἀθηναίων ἐθῆκεν ἐν μὲν τῷ σχήματι τῶν Ἀθηναίων τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαξόνα καὶ νοάλεμον. 10) II 29; v. infra. 11) Diogenem Bergk putat narrationem suam ex Prospaltis Eupolidis fabula petivisse; v. infra. 12) Πρόσπαλτα. Crat. 396 D Εὐθύφρονος τοῦ Προσπαλτίου. Natus esse potest Naxi; quamquam Stalibaum (ad 2 A) non debebat laudare sententiam Petri van Leuyveld (De infamia ex iure Attico p. 220), Euthyphronem, ut qui plerumque in colonis vitam degisset, vocabula δίκην et γραφὴν confudisse. Cf. Yxem p. 2 sqq. 13) Hermann, Griech. Staatsaltert. p. 811. 14) 4 C ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ubi v. ann. 15) 4 CD. Nomen patris non traditur; nam qui Euthyphronem Pantii filium fuisse dicunt, nituntur vulgata scriptura Crat. 396 D Εὐθύφρονος τοῦ Παντίου (l. τοῦ Προσπαλτίου). 16) Quare verisimile est patrem fuisse ex civibus pauperibus. Boeckh, Staatshaush. P p. 557. Büchschütz, Besitz u. Erwerb p. 60 sq. 17) Dicit enim 4 C πελάτης τις ἦν ἐμός, mox autem ἐθήτερον ἐκεί παρ' ἡμῶν et τῶν οἰκετῶν τιμὴ τῶν ἡμετέρων. 18) 4 C ἐγεωργοῦμεν ad tempus praeteritum respicit. 19) 4 A εὐ μάλα προσβύτης.

in vinculis fame et frigore perire passus erat<sup>1)</sup>, piaculi metu perturbatus<sup>2)</sup> caedis actionem intulit<sup>3)</sup>; postremo autem a consilio videtur revocatus esse a Socrate<sup>4)</sup>, cui se adulescens<sup>5)</sup> in consuetudinem dederat<sup>6)</sup> admirans et reverens.<sup>7)</sup> Vates (μάντις) vocatur a Platone<sup>8)</sup> et Plutarcho<sup>9)</sup>; superstitione enim et illa mentis natura et condicio<sup>10)</sup>, quae a Platone non secus in Cratylo<sup>11)</sup> atque in hoc dialogo irridetur, tulit eum non modo ad studium fabulari doctrinae impendendum, sed etiam ad affectandam rerum futurarum praesagitionem. Quare non mirum est, quod Plato indicat eum et domi fuisse de fabulis obsoletis insulse sophistam et in publicum prodiisse ab omnibus derisum rerum futurarum praenuntium.<sup>12)</sup> Etiam qualem operam rerum divinarum cognitioni navaverit Plato indicat; illustrat enim hoc quidem dialogo hominis de diis opiniones partim ex vulgi opinionibus repetitas<sup>13)</sup>, partim sustentatas auctoritate poetarum, Homeri, Hesiodi, Orphicorum<sup>14)</sup>; in Cratylo autem perstringit studium, quod in deorum nominibus interpretandis posuisse

1) 4 CD. 2) 4 C ἴσον γὰρ τὸ μῖασμα γίγνεται κτλ. 3) 4 AD φόνον. 4) 15 E, ubi v. ann. 5) 12 A Socrates: νεώτερός γέ μου εἰ οὐκ ἐλάττωι ἢ ὅσω σοφώτερος. 14 C idem iocans: ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐρῶντα τῷ ἐρωμένῳ ἀκολουθεῖν, ubi v. ann. 6) Crat. 396 D Socrates haec narrat: ἔσθην γὰρ πολλὰ αὐτῷ (Euthyphroni) συνῆ καὶ παρείχον τὰ ἄτα. κινδυνεύει οὐκ ἐνθουσιῶν οὐ μόνον τὰ ἄτα μὲν ἐμπλήσαι τῆς δαιμονίας σοφίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιληφθεῖν. Ad ea, quae Plato significavit, Plutarchus finxisse videtur, quae Theocritum narrantem facit De gen. Socr. c. 10: ἐμοῦ δὲ παρόντος, ὅτε πρὸς Εὐθύφρονα τὸν μάντιν ἦμον, ἔτυχε μὲν — ἄνω πρὸς τὸ Σύμβολον Σωκράτης καὶ τὴν οἰκίαν τὴν Ἀνδοκίδου βαδίζων, ἅμα δὲ διερωτῶν καὶ διασεύων τὸν Εὐθύφρονα μετὰ παιδιᾶς — εἶπ' ἀναστρέψας ἐπορεύετο — οἱ μὲν οὐκ πολλοὶ συνανέστρεφον, ἐν οἷς καὶ γὰρ τοῦ Εὐθύφρονος ἐχόμενος. Euthyphro Socratis mores novit, 2 A τὰς ἐν Ἀνκείῳ διατριβὰς, 3 B τὸ δαιμόνιον ἐκαστοτε γίνεσθαι, et miratur cur ille in iudicio versetur 2 AB; etiam Socrates Euthyphronis consuetudinem non ignorare videtur 3 D ἴσως γὰρ σὺ μὲν δοκεῖς σπάνιον σεαυτὸν παρέχειν καὶ διδάσκειν οὐκ ἐθέλειν τὴν σεαυτοῦ σοφίαν, 7) 3 B Euthyphro: ἀτεχνῶς γὰρ μοι δοκεῖ (Meletus) ἀφ' ἐστίας ἀρχεσθαι καινορρογεῖν τὴν πόλιν ἐπιχειροῦσιν ἀδικεῖν σέ. 11 D. 8) 3 E ὑμῶν τοῖς μάντεσιν. Crat. 396 D Socrates dicit Euthyphronis afflatu se vaticinari (χορησμοθεῖν). 9) l. l. 10) 11 E 12 A Socrates: τρυφᾶς ὑπὸ πλοῦτον τῆς σοφίας. ἀλλ', ὃ μακάριε, ξύντενε σεαυτὸν καὶ γὰρ οὐδὲ χαλεπὸν κατανοῆσαι ὃ λέγω. Numenius l. l. ex Platone sine dubio colligit fuisse eum ἄνδρα ἀλαξόνα καὶ νοάλεμον. 11) Crat. 399 E vocabuli originitio abstrusa dicitur magis arrisura esse τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα, quam simplex et vera. Similis ironiae dialogus plenus est. 12) 3 BC Euthyphro: ἐμοῦ γὰρ τοι, ὅταν τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θεῶν, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελάσιν ὡς μαινόμενον. 13) 5 E αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυχάνουσι νομίζοντες κτλ. 14) Ann. ad 6 AB.



videtur ad philosophicam rationem Cratyli et Heracliteorum.<sup>1)</sup> Verumtamen non philosophum, sed philosophandi omnino rudem Plato in hoc dialogo eum fluxit; neque in sophistarum numero referri potest, nisi quoad quicunque reconditam sapientiam cum argutiis prae se ferebant, σοφισταί vocabantur<sup>2)</sup>; quam tamen sapientiam non docebat ut illi.<sup>3)</sup> Quare hoc tantum relinquitur, ut rerum divinarum peritos eos fuisse dicamus, in quibus ipse se adnumerat, cum dicit φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις.<sup>4)</sup> Ceterum non solum cum vana illa fiducia<sup>5)</sup>, quam Socrates in hoc dialogo contundit, sed etiam non sine afflatu quodam divini furoris, quem Plato indicat in Cratylo<sup>6)</sup>, verba fecisse videtur; quam praecipue ob causam videtur derisus esse in concionibus tamquam male sanus.<sup>7)</sup> Praeterea in hoc dialogo obvia est hominis probitas et simplicitas, qua factum esse videtur, ut Socrates eius familiaritatem toleraret.<sup>8)</sup>

Ex Platone quidem hactenus; Diogenes autem Laertius in vita Socratis<sup>9)</sup> haec narrat: *Εὐθύφρονα δὲ τῷ πατρὶ γραψάμενον ξενίας δίκην περὶ ὁσίου τινα διαλεχθεὶς ἀπήγαγε*, ubi alii ξενίας ab illo memoriae lapsu scriptum, alii librarii vitio ξενοκτονίας<sup>10)</sup> loco positum esse putant. Bergk<sup>11)</sup> autem nisus Suidae<sup>12)</sup> loco *ἐκωμωδοῦντο* . . . *Προσπάλτιοι ὡς δικαστικοί* Prospaltii Eupolidis fabula non solum illos, quod impense amarent iudicia, exagitatatos esse coniecit, sed Euthyphronem ipsum. Hunc enim non solum origine, verum etiam ingenio Prospaltium fuisse, qui patri intendisset litem, quod peregrinus esset, Thraessa matre scilicet natus; huc enim redire Eupolidis versum *μήτηρ τις αὐτῷ Θραῖτα ταινιόπωλις ἦν*.<sup>13)</sup> Eiusdem versum *τί κατακροᾷσθέ μου τὰ μουσοδομήματα*<sup>14)</sup> aptis-

1) Stallbaum praef. Crat. p. 22; qui recte haec annotat ad Crat. 391 C: „Euthyphronis ratio dum exploditur simul et ipsum Cratylum rideri manifestum est.“ 2) Hermann p. 641. ad Menon. 85 B. Crat. 400 A *οἱ ἀμφὶ Εὐθύφρονα* (E. eiusque similes). 3) 3 D. 4) 3 C. 5) 4 E 5 C 9 B al. 6) Crat. 396 D *κινδυνεύει οὖν ἐνθουσιᾶν οὐ μόνον τὰ ὀτὰ μου ἐμπλήσαι τῆς δαιμονίας σοφίας κτλ.* 399 A *τῇ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ*. 407 D *ὄφρα ἴδῃαι οἱ Εὐθύφρονος Ἰπποῖ*. 409 D *ἡ τοῦ Εὐθύφρονος μουσα*. 7) 3 C *ἐμοῦ — κατακροᾷσθιν ὡς μαινομένον*. 8) Mirum in modum in eum invectus est Nürnbergger p. 8: „Unus ex istis perditis fuit Euthyphro homuncionibus, qui ad occultanda scelesti animi consilia religione abuti solent.“ 9) l. l. 10) Male, nam ita quoque Diogenes cum Platone discrepat. Erroribus incuria ortis Diogenem scaterie nemo nescit. 11) De reliquiis comediae Atticae antiquae p. 357 sqq. 12) T. I p. 624. Cf. Etym. magn. 288, 15. 13) Ex Prospaltii, Athen. VII 362 A. Meineke vol. II p. 521, 1. Kock fr. 243. 14) Ex Prospaltii, Priscian. 18, 225. Meineke vol. II p. 523, 4. Kock fr. 245.

sime tribui posse Euthyphroni vati divinitus afflato et ab Atheniensibus pro insano habito.<sup>1)</sup>

Cui rationi obstat non tam temporum ratio<sup>2)</sup> quam Euthyphronis morum imago a Platone expressa. Nam etiamsi cum Schleiermacher<sup>3)</sup> dubitarem, an Plato caedis actionem patri illatam ab aliis temporibus et hominibus in Euthyphronem transtulisset, tamen appareret eiusmodi actionem ex hominis imbecillitate et religionibus satis fere intellegi et aliqua veritatis specie niti, actionem autem de civitate et patri et sibi ipsi abroganda institutam, etiamsi liberis licuisset patri eam inferre, non modo non consentaneam esse Euthyphroni, sed hominis vere vesani.<sup>4)</sup>

## VI. Num Euthyphro iure Platoni adscribatur.

Quae dubitationes de Euthyphronis auctoritate viris doctis Ast<sup>5)</sup>, Überweg<sup>6)</sup>, Schaarschmidt<sup>7)</sup> in opinionem venerunt, aperte redeunt ad Schleiermacheri iudicium satis caute prolatum<sup>8)</sup>, ab illis certatim exaggeratum. Schleiermacher enim, etiamsi Plato ei videbatur in disserendo angustius versatus esse et inopia quadam argumenti laborasse<sup>9)</sup>, tamen putabat excusari posse libellum extemplo conscriptum, cum Plato in Socrate defendendo, ne tempus rei agenda dimitteret, festinasset<sup>10)</sup>; illi autem

1) Bergk l. l. p. 360. 2) Bergk l. l. p. 358. Kock Comic. Att. fr. I p. 323 sq. 3) I 2 p. 39: „Ziemlich deutlich trägt der Rechtsstreit des Euthyphron gegen seinen Vater das Gepräge einer wahren Begebenheit, wäre sie auch von andern Zeiten oder Personen übertragen.“ Cui recte adversatus est Steinhart p. 190 sq., qui ostendit Platonem homini omnibus noto tantae insolentiae dedecus affingere non potuisse. 4) Bergkii sententiam in dubium vocant Hermann p. 641 ann., Kock l. l. I p. 323 sq. 5) p. 469 sqq., cuius argumenta copiose refutavit Stallbaum in editione Euthyphronis (Lips. 1823) p. XXIII sqq., bene etiam Georgii p. 193 sqq. 6) p. 250 sq., qui conicit Minoem et Euthyphronem dialogos subditicios fictos esse a Pasiphonte Eretriensi, de quo v. Diog. Laert. II 61. 7) p. 390 sqq., cui adversatus est Bonitz p. 219, 3. 226, 8. 8) I 2, p. 38: „So erklären sich — die gerügten und nicht abzuleugnenden Mängel des kleinen Werkes wenigstens soweit, dass, da wir keine Spuren haben von einem Sokratiker, der so platonisch noch als dieses ist componiert und geschrieben hätte, und in die späteren Zeiten eigentlicher Nachahmer die Schrift wohl nicht zu setzen ist, ich noch immer nicht wage das Verdammungsurteil über sie entscheidend auszusprechen.“ Ab Aristophane Byzantino Euthyphronem Platoni tribui testatur Diogenes Laertius in vita Platonis (III 61). 9) Cf. supra p. 147 ann. 1. 10) Schleiermacher p. 38, quae excusatio placuit multis, v. infra. Alterum autem Schleiermacheri argumentum, quo Euthyphronem tuebatur p. 38: „Ferner verschwindet in den übrigen



